



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Sectio I. Margaritum Spirituale, Partibus sex distinctum.distinguitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)



MARGARITVM
SPIRITVALE

IN

VI. Partes distinguitur.

- I. De Incarnatione & Vitâ Domini IESV: ex D. Ioanne Thaulero & D. Ioanne Rusbrochio.
- II. Epitome Vitæ IESV CHRISTI, ex quatuor Evangelistis concinnata: cum Appendice ex Actis Apostolorum.
- III. Dominicæ Passionis Explicatio admodum præclara, ferè tota desumpta ex piïssimis Exercitiis D. Ioannis Thauleri: cum Appendice de immenso Dei Amore in Incarnatione, Passione, & Eucharistiâ.
- IV. Farrago utilissimarum institutionum, ex scriptis potissimùm D. Ioannis Rusbrochii decerptarum.
- V. Articuli Vitæ CHRISTI, amplam meditandi materiam paucis verbis subministrantes.
- VI. Divini Amoris Igniariolum, cum Exercitiolis variis piarum precationum.

I

* * * * *

H L V D O W I C I B L O S I I

I N

M A R G A R I T V M

S P I R I T V A L E

P R Æ F A T I O.

1.
Scopus
historia
Evange-
lica in e-
pizomen
redacta.

Explica-
tio passio-
nis.

Institu-
tio vitæ
per varia
exerciti-
ola.

2.
Medita-
tio vel te-
stis vitæ
& mortu
Domini-
ca quam
pretiosu
anima
margari-
tium.

3. Mech-
tilde de-
votio er-
ga Evan-



X libris quatuor Evangelistarum brevem & apertam historiam collegimus contexuimusque, ut anima fidelis, quæ adhuc parvula est, haberet in promptu veluti suaveolentem quendam fasciculum eorum quæ dulcis Iesus pro ipsâ fecit, dixit, ac percussit. Omisimus obscuriora quæque, ne ei talium nondum capaci rædium adferrent. Post ipsam Epitomen Evangelicam, adjunximus explicationem Dominicæ passionis, ex piissimis Exercitiis Ioannis Thauleri desumptam: quâ lectâ, Tyro spiritualis aptior erit ad meditandum. Ultimo loco posuimus nonnulla alia, ad vitam sanctæ instituendam plurimum conducientia.

Beata prorsus anima illa, quæ amabilem vitam & passionem dilecti sui Iesu Christi, tamquam pretiosum margaritum, in scrinio memoriæ suæ semper reconditam habet, & ubique secum circumfert. Dicit non potest, quantum utilitatis adferat devota & frequens meditatio vel lectio Domini Iesu. Hinc enim peccatorum venia, & pravorum affectuum extinctio: hinc cordis puritas, & mentis illuminatio: hinc conscientie pax & tranquillitas, sanctæque erga Deum fiducia: hinc in adversis invicta animi constantia, in prosperis Deo grata depressio: hinc interna consolatio, & gaudium in Spiritu sancto. hinc vera humilitas, vera charitas, ceterarumque virtutum numerosa cohors: hinc denique certa felicitatis æternæ expectatio nascitur. Et profectò nihil optabilius inter præsentis exilii labores atque ærumnas homini verè pio esse potest, quàm mentem circa opus redemptionis nostræ occupatam habere, apud benignissimum Iesum assidue diversari, ambulare cum eo, & cum virgine Matre, charisque discipulis ejus; contemplari gratiosum vultum illius, verba vitæ ac monita salutis ex mellifluis ore ejus (qui utique æterna veritas, sapientia, & Rex Regum est) suscipere; ignominiosam acerbamque passionem ejus considerare, & ei per purum amorem jugiter adherere. Tradunt Scriptores, beatam Mechtildem virginem tanto gaudio tantæque suavitate perfundi solitam, quando Evangelica verba legebat, ut sæpenumerò tota præ amore liquecens, penè exanimis redderetur. Ipsa enim

gelium & sacrosancta Evangelii verba miræ virtutis sunt : sed mundam humilémque mentem
historiam
vite
Christi.

Et quis non maximè letetur, dum legit vel recolat, quemadmodum Gabriel Angelus à gloriosissima Trinitate missus in Nazareth, amabilissimam virginem Mariam salutavit, eique nuntiavit incarnationem Filii Dei, & illa deinde eundem Patris Unigenitum conceperit? Mox enim ut ipsa per humilem sui resignationem assensum præbuit, dicendo, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum; Spiritus sanctus sine morâ in illam descendens, ex purissimo eius sanguine, virtute Divinitatis suæ, formavit corpusculum humanum membris omnibus absolutum atque perfectum : creavit eodem momento rationalem animam, quam eo ipso temporis puncto univit illi corpusculo : atque ita in utero virginis Mariae Deus homo factus est.

Hoc Dominicæ incarnationis admirabile mysterium, hoc divinæ pietatis inestimabile beneficium, ac cetera omnia quæ pius Iesus pro salute nostrâ peregit, amicus Dei Bernardus, cum inenerrabili cordis exultatione & sapore, revolvere animo solebat, qui de illis scribens, sic ait: Memoriam abundantiae suavitatis horum eructabo quamdiu vixero: in æternum non obliviscar miserationes istas, quia in ipsis justificatus sum. Hæc meditari, dixi sapientiam.

Sanè humanitas Christi tuta via verâque ianua est, quâ ad Divinitatem pervenitur. O quàm abundat gaudio is, scilicet Iesus intima sua in hac peregrinatione patet facit! Ipse Iesus in cruce pendens præclarus quidam & sole splendidior liber est, in quo quidquid ad perfectionem & contemplationis celsitudinem pertinet, mirabiliter supernaturaliterque relucet ac legitur. Hic candidissimus codex totus exaratus est litteris rubicundis, quæ nobis veram Christi erga nos charitatem significant: & quidem quinque illa insigniora Vulnera incontaminati corporis eius, maiuscula & capitales huius codicis litteræ sunt.

Age iam, tyruncule spiritalis, contemne impuras carnis & sensuum voluptates, atque cælestem hunc librum lege ac relege. Convertite intrò ad Dominum & in Dominum tuum Iesum Christum. Considera eius passionem acerbam, Vulnerâque eius rosea, & pretiosum Sanguinem cui causâ largiter ex amore effusum. In his te exerce: horum imagines tuo cordi, animæ, corpori, totique naturæ tuæ imprime, sicut sigillum imprimitur ceræ.

Adiunge te libenter amantissimo animæ tuæ sponso. Intuere illum internis oculis, non quidem ut hominem tantum, sed ut Deum & hominem, ut creatorem cæli & terræ, ut omnipotentem & omnia scientem, etiam cum parvulus in utero virginis Matris delitesceret, & ut veram atque increatam lucem. Attende sedulò perfectissimas illius virtutes, humilitatem, obedientiam, mansuetudinem, patientiam, benignitatem, misericordiam, suavitatem, continentiam, charitatem atque modestiam, & eas pro modulo tuo imitari stude. Perpende, obsecro, uti ipse Dominus Iesus ne unum quidem temporis momentum umquam neglexerit, quod non ad salutem tuam iuxta Patris sui voluntatem perfecte expendit, faciens ac perferens omnia ex immenso & penè intemperanti amore, quo te ab æterno dilexit. Ipsa salus tua semper in illius pectore versabatur, qui velut fidelissimus pater triginta tribus

annis

Christi
via no-
stra, &
Cruce li-
ber no-
ster.

Quinque
Vulnera
Christi
litteræ
sunt ca-
pitales.

Intuitu
Christi
fons a-
nimæ de-
votæ est
jucundis-
simus:
Virtutes
eius in-
spiciendæ.
Totum
se nobis
impendit
Christus.

annis multum sollicitus fuit, studiosèque laboravit, ut te bonis æternis ditaret. Tibi comparavit donavitque indeficientem virtutem ac meritorum suorum thesaurum, unde, quidquid boni tibi deest, possis abundè haurire. *Gratias igitur age illi pro tantis beneficiis, & cum Apostolo Paulo devotè exclama: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Gratias, inquam, age Redempteri tuo, vicemque amoris sicut potes ei repende, & cum intimà commiseratione arumnas, afflictiones, cruciatùsque recogita. Excita animam tuam ad illorum meditationem his aut consimilibus verbis, quæ Spiritus sanctus suggererit: O anima mea, ecce Deus noster, dulcis & amabilis Jesus: eja videamus quid pro nobis fecerit ac pertulerit.*

Quòd si cor tuum durum ac sterile est, ita ut neque compassionem neque amorem sentias, non hoc te perturbet, sed humilis ac resignatus esto: & libenter etiam arido corde hæc lege ac rumina pro Dei honore & gloriâ. Nam si bonâ voluntate præditus es, non poteris ex his non referre fructum maximum. Plerumque homini utilius est, compassionem vel amorem desiderare, quàm sentire. Si tibi desunt externa lacryma, non desint interne: hoc est, si non plorant oculi, ploret cor. Offer pro sensibili compassione piam gratiarum actionem. Neque inordinatè contristeris, si te ad sublimiorem contemplationem Deus in hac vitâ fortè non subvexerit: bonum tibi est, inter præsentis, vitæ tempestates in dignissimâ Filii Dei humanitate, velut in rutâ quadam navi commorari & requiescere. Hæc enim te tandem ad portum salutis rectâ perducet, si in eâ humiliter permanseris, & vitiorum mortificationi cordisque puritati invigilans, Christo per charitatem adhæseris. O parve pulle, contine te sub alis hujus gallinæ: nam ibi milvum non timebis.

Ceterum ut paratior & magis idoneus sis ad suscipiendam legendamque historiâ Evangelicam, tibi in isto libello propositam, subjungemus huic Præfationi pauca quadam de incarnatione & vitâ Domini Iesu, deprompta ex duobus sanctissimis Patribus, nempe ex ipso Ioanne Thaulero, & ex Ioanne Rusbrochio. Adverte igitur animum, & attentè audi ea que dicentur.

*Affectu
gratitudo
dnu.
1. Tim. 1*

*6.
Cordis
sterilitas
resignatio
animo
perferenda.*

*Tuissima
devotio,
Christum
contem-
plare.*

*7.
Causa
cur ad
Epitomen
præmit-
tatur Pro-
logus ex
Thaulero
& Rus-
brochio.*



4
 HLUDOWICI BLOSII
 MARGARITI
 SPIRITUALIS
 PARS PRIMA,
 SIVE
 DE INCARNATIONE ET VITA
 DOMINI JESU.
 EX D. JOANNE THAUERO.

Summarium vite Christi.

1. Dignatio amoris Divini, cum nos maxime offendissemus Deum.
2. Incarnatio quomodo facta.
3. Nativitas Christi, humilitatis speculum.
4. Circumcisio Christi.
5. Persecutio contra ipsum adhuc infantem exorta.
6. Pueritia Christi.
7. Obedientia erga parentes.
8. Adolescentia humiliter transacta.
9. Monachia cum diabolo in deserto.
10. Prædicatio Evangelii miraculis confirmata.
11. Vita Christi exemplar vite nostræ rectè componenda.
12. Exhortatio ad vitam Christi sedulo cogitandam.
13. Ectissima est ad contemplationem, perfectionem, & felicitatem via.

1.
 Deus nos
 amavit,
 cum ad-
 huc ipsi
 offende-
 rimus.
 Ephes. 2
 Genes. 6

CUM omnes essemus dā-
 nationis & iræ filii, ini-
 mici Dei, contaminati
 maculâ peccati origina-
 lis, violatores imaginis Dei, &
 destructores templi ejus; tum ipse
 memor fuit misericordiæ suæ,
 tactus intrinsecus dolore cordis,

& motus compassione super mi-
 feriâ populi sui. Et licet verus es-
 set Dei Filius, lucem habitans in-
 accessibilem, sustentans omnia
 divinâ virtute suâ, cunctaq; mo-
 derans ac regens divinâ sapientiâ
 suâ, in cujus nomine omne genu
 flectitur; minimè tamen dedigna-
 tus est sublimem potentiam suam
 ad hunc usque tenebrosam sæculi
 carcerem inclinare, & particeps
 fieri infirmitatis & miseræ no-
 stræ, mortaliq; indui sacco no-
 stro, quo vitia nostra ablueret, &
 aboleret, naturamq; nostram
 suæ pristinæ restitueret innocen-
 tiæ, captivitatem solveret, & rui-
 nam nostram ad perennem repa-
 raret gloriam.

Non Angelum aliquem misit
 ad exequendū opus redemptio-
 nis nostræ; sed ipsemet venit ex
 jussu & voluntate Patris sui: non
 quidem
 2.
 Quâ ra-
 tione per-
 actum
 fuerit in-
 carnati-
 onis my-
 sterium.

MARGARITUM SPIRITUALE.

DE IN-
CARNAT
ET VITA
CHRISTI

quidem locum mutans, sed suam nobis præsentiam exhibens per assumptam humanitatem. Enimvero ex sinu Patris delapsus est in purissimum, virgineum, integerrimumque corpus pudicissimæ dulcissimæque Virginis Mariæ: in cuius sacratissimo utero sola virtus Spiritus sancti concipi ac nasci eum fecit in humanâ naturâ: ita tamen, ut hæc nativitas majestati ejus divinæ nihil detraxerit, nec Virginis beatissimâ minuerit integritatem. O admirabile & incomprehensibile commercium! Dominus gloriæ pro humanâ infirmitate nostrâ suam dedit celsissimam Divinitatem. Conditor creaturarum non dedignatus est formam servi induere. Et non servi tantum formam assumpsit, sed instar abjectissimi vermiculi humiliatus & pro nihilo habitus est. Non satis erat illi esse Dominum, creatorem & protectorem nostrum; sed & redemptor, consodalis, frater, caro & sanguis noster fieri voluit.

De
Nativitate
Christi, in
pauper-
tate &
humili-
tate.

Adeò pauper effectus est, nostræque miseræ adeò gustavit amaritudinem, ut ipso nativitatis suæ tempore non tantillum haberet rei hereditariæ, ubi tenera & infantilia membra sua reponi & hospitio recipi potuissent, cum sit cæli terræque Dominus: sed in alieno stabulo natus est, & tenerissima membra sua in præsepi rigido vilibusque panniculis collocari permisit. Et hunc ipsum indignum locum benedicta & ve-

rè piissima Mater ejus à bestiis irrationalibus mutuata est. O bone Jesu! cujus cor non emollitur, non accendatur ad amorem, non ad devotionem excitetur, non moveatur ad compassionem, quando maximam inopiam, admirabilem humilitatem, & ferventissimum erga nos amorem tuum attendimus? O quàm citò cœpisti! Quare verò, ô dulcis Jesu, tam inops & abjectus fieri voluisti? Cerrè, ut beatam nos doceres humilitatem, sanctamque nobis commendaras paupertatem. Ided namque & humanam assumpsisti naturam nostram, ut nos faceres participes Divinitatis tuæ: factus es filius hominis, ut nos filii Dei efficeremur: fieremus, inquam, per adoptionem & gratiam, quod tu ab omni æternitate fuisti per naturam. Natus es in stabulo, & in præsepi positus es, ut pabulum esses humilium jumentorum. Nunc igitur, ô homo, adora in stabulo jacentem, honora sanctum illud præsepe, & tamquam humile jumentum vescere pabulo illo cælesti, vescere pane Angelorum. O Rex gloriæ! quæ te vicit charitas, ut pro me peccatore vilissimo tam humilis fieres, & in stabulo sordido inter bruta animalia collocare- ris, qui ab Angelis adoraris in cælis? Lactere focillaris, qui ipse es cibus Angelorum: vilibus involveris pannis, qui cælum stellis adornas, & Sanctos tuos stolis vestis aureis.

DE IN-
CARNAT
ET VITA
CHRISTI

R

Jam

DEIN-
GARNAT
ET VITA
SCRITI.

4.
Circum-
cifo.

5.
Herodes
adhuc in
fante per-
sequitur.

6.
Christi
pueritia
vsque ad
annum
duodeci-
mum.

7.
Obedien-
tia.
Matth.
23.

Jam octo vix bene dies imple-
verat dulcis Jesus, & infantilem
ac innocentem pro nobis fudit
Sanguinem suum, ac velut pec-
cator, legique obnoxius, secun-
dum legem circumcifixus est.

Et nec in sacrâ infantia ipsius à
teneris membris ejus cruenta ho-
stium manus abstinuit. Vix dum
enim natus erat, & adhuc inter
castissima jacebat brachia dulcis-
simæ Matris, suaviter quiescens
in materno illius pectore, a vide-
que sugens virginea illius ubera,
necdum cuiquam verbum dixe-
rat; & jam crudeles ac impii ho-
mines quærebant animam ejus,
ut perderent eum. O amabilis Je-
su! quàm citò insurrexerunt ad-
versum te iniqui hostes tui: Nemp-
pe cum ætate ipsâ crevit tecum
afflictio.

Jam ut ejus pueritia religionis
exemplar & speculum esset vir-
tutum, non secutus est sæculi vani-
tatem, non solatium ullum, aut
animi remissionem expetiit in
ludis puerilibus, vel fabulorum
hominum consortiis & conven-
tulis; sed in templo cultuque &
famulatu Patris sui inventus est
in Doctorum medio, audiens &
interrogans homines, ipse qui
Patris est sapientia, scientiarum
Dominus, & Verbum Dei, quod
erat in principio.

Utque formam quamdam ob-
edientia nobis traderet, humili-
ter parentibus suis se submitit,
obediens eis factus, cui cuncta
subjacent elementa, cuique data

est potestas omnis in cælo & in
terrâ.

Deinde ubi plenitudo illi justè
accrevit ætatis, adessetque propè
tempus quo manum ad fortia miteret;
manè egressus est in salutem
populi sui, exulavitque ut gigas
ad currendam viam. Et ut excel-
lenter nos virtutem doceret be-
atæ humilitatis, * quæ initium
est & fundamentum virtutum
omnium, innocens Agnus ad de-
uotissimum seruum suum Ioan-
nem Baptistam, peccatoribus pœ-
nitentiæ baptisma conferentem,
perrexit, haud secus quàm si &
ipse peccator esset, ab eoque bap-
tizari perijt, qui nullam vniquam
peccati senserat maculam.

Inde jam in virtute spiritûs ad
eremum abiit: utque nobis cœu
strenuus signifer & dux animum
adderet ad pugnam subeundam,
primus ipse aciem subiit, singula-
re cum crudelissimo hoste nostro
certamen iniens, quem & primo
statim congressu, elisis vniuersis
viribus eius, prostravit. Non ere-
mi solitudinem, non diaboli ten-
tamenta, non famis molestiam,
non asperitatem pœnitentiæ re-
fugit; nec laboris orandi, medi-
tandi, vigilandi eum pertæduit.

Quia verò lumem diuinum,
quod intra ipsum sub modio hu-
manitatis latebat, abscondi
non poterat, lucem cælestis do-
ctrinæ, & sapientiæ suæ, deinceps
propalam lucere permisit, vt
mortales omnes ad fidem illumi-
naret. Cunctis namque illis in lo-

8.

Adoles-
centia,
vsque ad
baptismū
Ioanni.
Prou. 31.
Habac. 3.
Psal. 13.

Humili-
tas vir-
tutum
funda-
mentū.
Matt. 23.
Marc. 5.
Luc. 14.

9.

Tentatio
in eremo.
Matt. 4.
Luc. 4.

10.

Labores
in Euan-
geliopra-
dicando,
& mira-
cula, etiam
apud
obscu-
ros.
Luc. 11.

cis

DE IN-
ORNAT
ET VITA
CHRISTI

cis degentibus regnum Dei annuntiavit, doctrinam miris confirmans operibus ac portentis: cunctisque debilibus & malè affectis divinam potentiam suam declarans, nec ulli denegàs benignissimam pietatem suam, quò cunctos lucrifaceret, & sanaret omnes. At verò intellectus multorum hominum obcæcatus erat: qui eum non cum amore exceperunt vt saluatorem suum, sed potius cordibus ab eo auersi sunt, tamquam à seductore & impostore maleuolo, simulque doctrinam eius contempserunt, opera calumniati sunt, miracula despexerunt, ipsumque, quem amare & venerari debuerant, iniquissimè accusarunt odio habuerunt, persecuti sunt, & blasphemauerunt dicentes: Nò est hic homo à Deo: dæmonium habet: seducit turbas: potator est vini, & amicus publicanorum. * Neque tamen agnus mansuetissimus sacrum os suum aperuit ad conquerendum & murmurandum; sed cuncta modestissimè sustinuit, omnemque injuriam, vilipensionem, còtemptum, & ignominiam pro nobis libentissimè pertulit, seipsum exhibens totius sanctitatis & perfectionis exemplar.

11. Omnis ejus vita, cunctaque operatio, lux quædam & manu ductio nobis fuit ad virtutem & veritatem. Itaque si quâ in re dubitare te contingat, protinus sanctissimam vitam Salvatoris, ceu speculum quoddam lucidum con-

templare. In hac namque admirandam abstinentiam, veram obedientiam, profundam humilitatem, voluntariam paupertatem, ineffabilem puritatem, summam patientiam, immobilem longanimitatem, constantem perseverantiam, & incomprehensibilem invenies charitatem. Sed & eam, quâ maximè indigemus, abundè hic reperies infinitam benignitatem & misericordiam: * imò & quascumque virtutes in corde tuo meditari queas, in hac ceu in tabulâ descriptas manifestè deprehendes. Reverà amabilis Jesus liber est, quem Propheta vidit scriptum intus & foris: quandoquidem omnis & externa & interna vita ejus, spiritualibus doctrinis & virtutibus abundat. Et certè, quisquis hunc librum bene terit, & cum Propheta comedit, dulcis erit in ore ejus instar mellis.

Qui igitur Deo placere, ejusque dulcedinem gustare cupit, vitam & passionem Christi diligenter attendat, ac perfectissimas illius virtutes contempletur, imiteturque. In solitudine, in hominum frequentia, & ubicumque est, hoc sibi speculum proponat, atque ad ipsum internos oculos amanter ac placidè convertat, piis sanctisque cogitationibus cunctas cogitationes noxias ac vanas è corde suo expellens, sicut clavus clavo pellitur. * Etiam si externis negotiis & exercitiis debeat occupari, nihilominus amabilem hanc

* Vita Christi est liber e quo omnia nobis necessaria discimus. Ezech. 2 Apoc. 5

Ezech. 2

12. Vita Christi nobis diligenter contemplanda.

* Etiam in negotiorum hujus

S IN-
CARNAT
ET VITA
CHRISTI
faculi,
utilis
medita-
tio vitæ
Iesu
Christi.

incarnati Filii Dei imaginem a-
nimæ suæ impressam servare stu-
deat quantum commodè potest.
Si comedit, & impedimentum
nullum patitur, buccellas amoro-
so ac fervido Domini Iesu San-
guini intingat. Si bibit, potum
suum ab illo benedici, aut se ex
sacris ejus Vulneribus potari co-
gitet. Si dormit, super cor illius
saucium ac suave sese reclinet. Si
loquitur, illum sibi adstare, verba
sua attendere, cunctosque gestus
& intentionem suam inspicere
imaginetur. Atque hoc modo se-
se totum in præclaram hanc ima-
ginem immergat. Cum discre-
tione tamen hæc introversio col-
lenda est, ne caput lædatur, &
natura destruat.

13.
Est enim
secura
semita
ad felici-
tatem.

Planè, proxima purissimaque
ad Deum pertingendi via hæc est,
ut quis cum ingenti amore & gra-
titudine Salvatoris intra se con-
versationem passionemque cir-
cumferat, atque illam moribus
& vitâ intus ac foris exprimere
curet, attentè considerans in quo
culpabilis, & vitæ Dominicæ di-
spar sit, ut suis imperfectionibus
ex dilectione pro qualicumque
mortis Christi cõpensatione mo-
ri conetur; & quia foris pro Chri-
sto animam ponere jam necessitas
nulla indicit (quod ex vehemen-
tissimo Divinitatis amore sanctos
Martyres fecisse legimus) saltem

voluntari delectationique pro-
priæ intus & foris renuntiare di-
scat. Hoc enim Deo præ omnibus
quæ ipse à nobis requirit, per quâ
gratissimum est. Nec dubium est,
quin ille per hanc viam gradien-
tes, benignè post mortem recep-
turus sit in cælum gloriamque
sempiternam. * Sed & in hoc
exilio fortè perducet ac provehet
eos ad occulta felicissimaque Di-
vinitatis suæ susurria: quibus a-
lioqui percipiendis, nemo securè
se applicat. Neque enim aliquis
ad contemplationis quietem tutè
adspirat, nisi viâ istâ gradiatur.
Nam Christi Divinitas in illius
humanitate abscondita est, & hu-
manitas via quædam & janua est
pertingendi ad Divinitatem, sicut
ipse Christus testatur, dicens, *Ego*
sum via. & rursum: *Ego sum ostium:*
per me si quis intreierit, salvabitur,
& ingredietur in Divinitatem, &
egredietur in humanitatem me-
am, & utrobique pascua æternæ
viriditatis, pulchritudinis, atque
felicitatis inveniet. Itaque dili-
gens imitatio incarnati Filii Dei,
& humanitatis ejus imago * per
meditationem atque amorem be-
ne impressa animæ, solet tandem
ipsam animam in indepictam, &
formam nesciam, in eloqui-
lemque Divinitatem
subvehere.

* Nemo
per aliâ
viâ tu-
tè ad
altissi-
mâ hu-
ius vitæ
contem-
platio-
nè per-
ueniet,
quàm
per vitæ
Christi
medita-
tionem.

Ioan. 14
Ioan. 10

* Ecce
imago
mystica
vitæ
Christi
per me-
ditatio-
nem im-
pressa
animæ.

EX D. IOANNE RVSBROCHIO.

Cur Deum incarnari voluerit & pati.

1. Amor DEI incarnationis beneficium nobis immerentibus consultit.
2. Quam cito pro nobis passus est Christus, & quam perseveranter.
3. Mortuus est, ut mundum à peccato redimeret.
4. Vita Christi speculum est & norma vita nostra.
5. Liber est doctorum pariter atq; indoctorum.

1. Beneficium Incarnationis ab amore divino profectum. Ioan. 1. Luc. 2.

Phil. 2. * Incarnatio Dei Deum non minora vit, sed hominē nobilitavit.

Ioan. 1.

BENIGNISSIMVS Pater noster cælestis sic dilexit nos, ut unigenitum Filium suum sibi consubstantialem nobis daret. Misit eum in mundum: & ipse Dei Filius operatione Spiritus sancti factus est homo propter nos. Eramus ob originalis peccati reatum perditī, & è paradisi sedibus depulsi: at ille, purissimo nostri victus amore, naturam nostram, in imum usque inferni damnatam relegatamq; & à Deo maledictā, in se recepit, ut pro nobis satisfaceret, nosq; Deo reconciliaret, & revocaret ad regnum suum cæleste. Seipsum quidem humiliavit, nos vero exaltavit supra omnia à se cōdita. * sed quamvis sese humiliaverit, ac nostri similis mortalis, & omnium nostrūm frater factus sit, non tamen pristinam amisit dignitatem. Nam assumpsit quod non erat, manens quod erat: mansit enim Deus, & homo factus est. Induit se omnium nostrūm humanitate, tamquam

si Rex quispiam vestibus servorum suorum se induat. Reverà Rex Regum & Dominus dominantium est, cui iure omne genu curvatur, & cuius regni nullum neque initium, neque finis est.

Propter nos ab ipso statim nati-
vitatē suæ exordio pati cœpit, puta frigora, paupertatem, circumcissionem in quā suum fudit Sanguinem, & fugam in exterarum regiones. Matri virgini & Joseph nutritio humiliter servivit. Famem, sitim, probra, contemptum, & indigna Judæorum verba atq; opera pertulit. Vigiliis & jejuniis vacavit, ab hoste tentari voluit, subiectus omnibus fuit. Grandi cum labore pedes huc illucq; regionatim & oppidatim discurrebat, sermō admodū ac strenuè regnum Dei annuntians, ac Judæis Evangelium prædicans. Et licet ipse tamquam præcipuus amicus salutem eorum quæreret, ab eis tamen captus est & proditus, irrisus, conspuratus, flagellatus, cæsus, spinis coronatus, spre-
tus, iniquis & falsis testibus oppressus, atque damnatus. Ac deinde cum ingenti dolore crucem ipse suam ad Calvarie montem detulit: ubi vestibus omnino nudatus suis, sub totius orbis aspectu, ignominiam, cruciatum frigusq; perpeffus est. Etenim nudus erat, & vulneribus usquequa-

Ita. 48.

2.

Christus pro nobis cito passus incepit, & diu pati sustinuit, vivens in laboribus, & doloribus à juven-tute sua. Psal. 97.

DE IN-
CARNAT
ET VITA
CHRISTI

que confectus, & cælum frigidum erat atque asperum. Mox obtusis clavibus affixus ligno crucis, dirè distendebatur, adeò ut venæ illius disrumperentur. Deinde elevatus cum cruce, cum ea in petram excisam mittererut, totus quassatus est. Invidi Judæi, qui horridis clamoribus antè vociferati fuerant, Crucifige, crucifige eum, etiam impias blasphemias evomuerunt in illum cum penderet in cruce. Sed ipse Patrem invocans dicebat, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tandem capite inclinato mortuus est, atque ita debitum nostrum dissolvit.

LUC. 23.

IOAN. 19

3.
Redem-
ptio mun-
di à pec-
cato per
mortem
Christi.
Philip.
2.

Volebat Pater ulcisci peccatum mundi secundum iustitiæ rigorem: ideoque Filium suum pro peccatis nostris neci dedit, & Filius ad mortem usque illi fuit obediens: sanctus autem Spiritus opus illud charitate consummavit. Itaque Filius Dei suam morte nos restituit libertati, & pretioso Sanguine suo in conspectu Patris sui nos mercatus est, ac pro nobis satisfecit: ita ut per illius mortem nos vitam adepti simus. O incomprehensibilem Dei erga nos charitatem! Ipse qui est altissimus, abjecit & humiliavit sese, nos autem extulit: sese pauperem, nos divites fecit: se contemni passus est, & nos honore affecit. Nobis datus est, nobis vixit ac inservivit, nos instituit ac redemit.

4.
Vita
Christi

Idem Dominus Jesus speculum nostrum ac regula nostra est,

secundum quam exigere debemus omnem vitam nostram. Erat humilis, mansuetus, patiens, misericors, plenus gratiâ, benignitate ac fidelitate, obediens, relignetate voluntatis, ac innocens. Exhibuit sese abjectum infra mortales omnes. Flexis genibus Deum & Patrem suum adorabat, & sese altissimæ ejus potentiæ summâ cū reverentiâ ac veneratione submittebat, amantissimâque fide & benevolentia ad quasvis tam corporales quam spirituales mortaliū omnium necessitates inclinabat. Cunctis paratissimus erat, quacumque sive foris sive intus detinerentur miseriâ, tamquam communis orbis minister.

Planè vita ejus Christianorum omnium liber est, quem, ubicumque simus, nobiscum circumferre, & passionem mortemque illius acerbissimam in nostrâ memoria absque ullâ oblivione retinere debemus: ita ut summa dilectio & fidelitas ejus corda nostra delectatione atque amore afficiat, & sanctissima vita illius in amantibus animabus nostris semper recondita sit. Hæc enim cibus noster sunt, quibus assidue vesci possumus. Hic liber doctis & indoctis, perfectis atque imperfectis, qui Deo placere cupiunt, communis est: cui quotquot vitam suam accommodant & conformant, dicent fidenter Domino in die iudicii: Domine, tibi placere, tibi perenniter vivere ac famulari concupivimus. Itaque Christus Jesus

vita
nostræ
gulæ est.

5.
Liber in
quo equè
studere
possint
indocti
atque do-
ctissimi.

eos

MARGARITUM SPIRITUALE. II

eos in perpetuam gloriam ipsi claritate suâ superuestiet, dona-
ab origine mundi præparatam se- bitque eis sui fruitionem, & inef-
cum abducat. Ostendet illis glo- fabilem lætitiã atque exulta-
riofam faciem suam sole incom- tionem, sine fine mansuram.
parabiliter splendidiorẽ, & eos



HLUDOWICI BLOSII

MARGARITI
SPIRITVALIS
PARS SECUNDA,

SIVE

EPITOME VITAE
JESU CHRISTI

EX

QUATVOR EVANGELISTIS
CONCINNATA.



MONOTΕΣΣΑΡΟΝ, sive ex quatuor Evangelis unam
vitæ & mortis CHRISTI Domini narrationem, ad ma-
gnam Evangelicæ Historiæ lucem, quam alii Quadrigam,
alii Concordiam, alii Harmoniam, alii Consensum Evan-
gelistarum appellant, ante Blossum concinnaverunt Theo-
philus, Tatianus, Ammonius, Augustinus, & alii citati à
R. P. Ioanne de la Haye Servio, in Triumpho veritatis ordi-
nati Evangelii quadrige inverte, Admonitione ad Lectorem: post Blossum multi,
qui passim manibus teruntur, Evangelicam istam concordiam Imaginibus, Com-
mentariis, Meditationibus, Patrum sententiis illustraverunt. Cum Blossio vixit
Episcopus Gandensis Cornelius Iansenius, & celeberrimam illam Evangelicam
Concordiam scripsit, quam Cardinalis Baronius Tomo 1. Annalium in Historiã
Vitæ, Mortis & Resurrectionis Christi toties citat & laudat.

CA.

EPYTO-
RUM VI-
TAR
CHRISTE
ANN. 1.

CAPUT I.

Conceptio Salvatoris.

- 1. Angelus Incarnationem Christi annuntias Mariæ.
- 2. Elisabeth visitata à Mariâ.
- 3. Parit Ioannem.
- 4. Monetur Ioseph ab Angelo, ne Mariam dimittat.

1. Gabrielis Archangeli annuntiationis historia Evangelica. Luc. 1.

MISSUS est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco. Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus luperveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute suâ: &

hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus.

Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione, in civitatem Iudæ: & intrauit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth. Et factum est, ut audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamavit voce magnâ, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim, ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo: & beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis: & divites dimisit inanes.

2. Mariæ visitat Elisabeth, & historia visitationis Mariæ. Luc. 1.

SPIRO-
ME VI-
TAR
CHRISTI
ANN. 1.

inanes. Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiae suae. Sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham, & semini eius in saecula. Mansit autem Maria cum illâ quasi mensibus tribus; & reuerfa est in domum suam.

3.
Natiui-
tas Pra-
cursoru,
& Can-
ticum lo-
quentis
Zacha-
ria.
LUC. I.

Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filiû. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illâ, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine Patris sui Zachariam. Respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et Zacharias Pater eius repletus est Spiritu sancto; & prophetauit dicens: Benedictus Dominus Deus Israël, quia uisitauit, & fecit redemptionem plebis suae. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à saeculo sunt, Prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos: ad faciendam misericordiam cum Patris nostris, & memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham Patrem nostrum, daturum se nobis: ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitiâ coram ipso, omnibus diebus nostris. Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: praebis enim ante faciem Domini

ni parare vias eius: ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum: per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus uisitauit nos, oriens ex alto: illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis usque in diem ostensionis suae ad Israël.

Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in eâ natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam, dicentem: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam.

4.
Instruitur
Ioseph ab
Angelo
de partu
Virginis
sponsa.
Matth. 1.

EPITO-
ME VI-
TAB
CHRISTI
ANN. I.

CAPVT. II.

Natiuitas Christi Domini.

1. Christu natus in stabulo in Bethlehem.
2. Pastoribus ab Angelo nuntiatur.
3. Octauo die circumciditur.
4. A Magis quæsitus & inuentus adoratur.

I. **F**ACTVM est autem in diebus illis, exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima, facta est à Præside Syriæ Cyrino: & ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eò quòd esset de domo & familiâ Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata vxore prægnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuersorio.

2. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum

Angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est, vt discesserunt ab eis Angeli in cælum, pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & invenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem, cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt, & de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum, in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

Et postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo prius quàm in utero conciperetur.

Cùm ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iuda in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans

*Ex Augusto de-
creto, Maria & Ioseph
venerunt
Bethlehem: ubi
Saluator
natus est.*
Lucæ 1.

*Pastores
ab Angelo
moniti, ve-
niant, &
festinantes
Iesum
adoraturi.*

*3.
Puer circumcisus
vocatur
Iesus.
Lucæ 1.
Math. 1.*

*4.
Magi cum
muneribus
venierunt
Iesum
adorare.
Historia
Epiphania.
Math. 2.*

EPITOM
MA VI
TAR
CHRIST
ANN. 1.

gans omnes principes sacerdotū,
& Scribas populi, sciscitabatur
ab eis ubi Christus nasceretur. At
illi dixerunt ei: In Bethlehem Ju-
dæ: sic enim scriptum est per Pro-
phetam: Et tu Bethlehem terra
Juda, nequaquam minima es in
principibus Juda: ex te enim exiet
dux, qui regat populum meum
Israel. Tunc Herodes clam voca-
tis Magis, diligenter didicit ab eis
tempus stellæ, quæ apparuit eis:
& mittens eos in Bethlehem, di-
xit: Ite, & interrogate diligenter
de puero: & cum inueneritis, re-
nuntiate mihi, ut & ego veniens
adorem eum. Qui cum audissent
Regem, abierunt, & ecce stella,
quam viderant in Oriente, ante-
cedebat eos, usquedum veniens
staret supra, ubi erat puer. Vi-
dentes autem stellam, gavisi sunt
gaudio magno valde. Et intran-
tes domum, invenerunt puerum
cum Maria matre ejus, & proci-
dentes adoraverunt eum: & aper-
tis thesauris suis obtulerunt ei
munera, aurū, thus, & myrrham.
Et responso accepto in somnis ne
redirent ad Herodem, per aliam
viam reversi sunt in regionem
suam.

CAPUT III.

*Maria Purificatio, & Christi ob-
latio in templo.*

1. Iesus in templo sistitur offerturq; Patri.
2. Et à justo Simone.
3. Atque ab Anna prophetissa agnoscitur.

ET postquam impleti sunt dies
I. purgationis Mariæ secundum
II. legem Moyfi, tulerunt Jesum in
III. Jerusalem, ut sisterent eum Do-

mino, sicut scriptum est in lege
Domini: Quia omne masculi-
num adaperiens vulvam, sanctum
Domino vocabitur. & vt darent
hostiam secundum quod dictum
est in lege Domini, par turturū,
aut duos pullos columbarum.

Et ecce homo erat in Jerusa-
lem, cui nomen Simeon, & homo
iste iustus, & timoratus, expe-
ctans consolationem Israel, &
Spiritus sanctus erat in eo. Et re-
sponsum acceperat à Spiritu san-
cto, non visurum se mortem,
nisi prius videret Christum Do-
mini. Et venit in spiritu in tem-
plum. Et cum inducerent puerū
Jesum parentes ejus, ut facerent
secundum consuetudinem legis
pro eo: & ipse accepit eum in ul-
nas suas, & benedixit Deum, &
dixit: Nunc dimittis servum tuū
Domine, secundum verbum tuū
in pace: quia viderunt oculi mei
salutare tuum, quod parasti ante
faciem omnium populorum; lu-
men ad revelationem gentium,
& gloriam plebis tuæ Israel. Et
erat pater ejus & mater miran-
tes super his, quæ dicebantur de
illo. Et benedixit illis Simeon,
& dixit ad Mariam matrem ejus:
Ecce positus est hic in ruinam, &
in resurrectionem multorum in
Israel; & in signum cui contradi-
cetur: & tuam ipsius animam per-
transibit gladius, ut revelentur
ex multis cordibus cogitationes.

Et erat Anna prophetissa, filia
Phanuel, de tribu Aser: hæc pro-
cesserat in diebus multis, & vixe-

sur in
templo.
Lucæ 2.

2^o
Simeon
senex
agnoscit
Salvato-
rem, &
cavit cō-
tium.

3^o
Anna
prophetis-
sa confi-
retur Re-
demptorē

EPITO-
ME VI-
TAB
CHRISTI
ANN. II

rat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua usque ad annos octogintaquatuor: quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die. Et hæc ipsa horâ superveniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, quæ expectabant redemptionem Israel.

CAPUT IV.

Fuga in Ægyptum. Inventio in templo.

1. Ioseph cum Iesu & Maria fugit in Ægyptum.
2. Infantes occiduntur ab Herode.
3. Ioseph redit monitu Angeli.
4. Iesu anno ætatis duodecimo in templo à parentibus inventus, reducitur in Nazareth.

1. ANGELUS autem Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum. Et erat ibi usque ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum.

2. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc imple-

tum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Qui consurgens, accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israël. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judæâ, p̄ Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo.

Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solemnium Paschæ. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendit illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognoverunt parentes eius. Exiit immanentes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non invenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum

3.
Ioseph
monitum
iterum
ab Ange-
lo redit
in Galili-
lam.
CHRISTI
AN. VII.

Luc. 2.

4.
Iesu
duodenis
à paren-
tibus per-
ditur &
inveni-
tu, &
usque ad
trigesimū
annum in
obedi-
tia vivit

CHRISTI
AN. XII.

MARGARITUM SPIRITUALE. 15

SPITOM
ME VI-
TAB
CHRISTI.
ANN. I.
II. VII.
XII. XXX

atum est, post triduum invenerunt illum in templo, sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis ejus. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me querebatis? nesciebatis quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater ejus conservabat omnia verba haec in corde suo. Et Jesus proficiebat sapientia, & aetate, & gratia apud Deum & homines.

CAPIT V.

Baptismus Christi. Jejunium. Prima vocatio discipulorum.

1. Ioannes Baptista praedicat poenitentiam.
2. Turbis, Publicanis, & militibus.
3. Testatur Christi excellentiam.
4. Iesum ad se venientem baptizat.
5. Iesus jejunat, post jejunium tentatur.
6. Prima vocatio discipulorum, Andrea & Petri.
7. Philippi & Nathanaeli.

1. Ioannes Baptista sua praedicatione implet Isaiam viciniu de poeni-

ANNO autem quintodecimo imperii Tiberii Caesaris, procurante Pontio Pilato Judaea, Tetrarcha autem Galilaeae Herode, Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Iturae & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilinae Te-

trarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum Domini super Joannem, Zachariae filium, in deserto. Et venit in omnem regionem Jordanis, praedicans & dicens: Poenitentiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum. Hic est enim, qui dictus est per Isaiam Prophetam, dicentem: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem ejus erat locustae, & mel silvestre. Tunc exibat ad eum Jerosolyma, & omnis Judaea, & omnis regio circa Jordanem; & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Dicebat ergo ad turbas: Facite fructus dignos poenitentiae. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Et interrogabant eum turbae, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid facie-

rentia se praedicanda. CHRISTI AN. XXX Luc. 3. Math. 3.

Luc. 3.

2. Dat monita poenitentiae turbis, Publicanis.

& militibus.

PRIMO
AN VI
TAV
CHRISTI
AN. XXX.
XXXI.

3.
Testificatur
de Christo:
baptis-
mumque
ejus suo
baptismo
preferi.

mus & nos? Et ait illis. Neminem
concutiatis, neque calumniam
faciatis; & contenti estote stipen-
diis vestris.

3. Existimante autem populo, &
cogitantibus omnibus in cordi-
bus suis de Ioanne, ne fortè ipse
esset Christus; respondit Ioannes,
dicens omnibus: Ego quidem a-
qua baptizo vos: veniet autem
fortior me post me, cujus non sum
dignus solvere corrigiam calcea-
mentorū ejus. Ipte vos bapti-
zabit in Spiritu sancto, & igni.
Cujus ventilabrum in manu ejus,
& purgabit aream suam, & con-
gregabit triticum in horreū suū,
paleas autem comburet igni in-
extinguibili. Multa quidem &
alia exhortans evangelizabat
populo.

4.
Profite-
tur Chri-
stum Re-
dempto-
rem pec-
catorum,
& eum
baptizat
Matc. 1.
Math. 3.
Ioan. 1.
Math. 3.

4. Et factum est, in diebus illis
venit Iesus à Nazareth Galilææ
in Iordanem ad Ioannem, ut bap-
tizaretur ab eo. Et vidit Ioannes
eum venientem ad se, & ait: Ecce
agnus Dei, ecce qui tollit pec-
cata mundi. Et prohibebat eum
dicens: Ego à te debeo bapti-
zari, & tu venis ad me? Respon-
dens autem Iesus, dixit ei: Sine
modò, sic enim decet nos imple-
re omnem iustitiam. Tunc dimi-
sit eum. Baptizatus autem Iesus,
confestim ascendit de aqua: & ec-
ce aperti sunt ei cæli, & descendit
Spiritus sanctus corporali specie
sicut columba in ipsum. Et ecce
vox facta est de cælis dicens: Hic
est filius meus dilectus, in quo mi-
hi complacui. Et ipse Iesus erat

Lucæ 3.

incipiens quasi annorum triginta,
ta, ut putabatur, filius Ioseph. Et
testimonium perhibuit Ioannes, Ioan. 1.
dicens: quia vidi Spiritum descen-
dentem quasi columbam de
cælo, & mansit super eum. Et qui
misit me baptizare in aqua, ille
mihi dixit: Super quem videris
Spiritus descendentem, & ma-
nentem super eum, hic est qui ba-
ptizat in Spiritu sancto. Et ego
vidi, & testimonium perhibui
quia hic est Filius Dei.

Iesus autem plenus Spiritu san-
cto, regressus est à Iordane, & du-
ctus est à spiritu in desertum. Et
erat in deserto quadraginta die-
bus & quadraginta noctibus, &
tentabatur à satana, eratque cum
bestijs. Et nihil manducavit in
diebus illis. Et consummatis il-
lis, esuriit. Et accedens tentator
dixit ei: Si Filius Dei es, dic ut
lapides isti panes fiant. Qui re-
spondens dixit: Scriptum est, Nō
in solo pane vivit homo, sed in
omni verbo, quod procedit de o-
re Dei. Tunc assumpsit eum dia-
bolus in sanctam civitatem, &
statuit eum super pinnaculum
templi, & dixit ei: Si Filius Dei
es, mitte te deorsum. Scriptum est
enim: quia Angelis suis manda-
vit de te, & in manibus tollent
te, ne fortè offendas ad lapidem
pedem tuum. Ait illi Iesus: Rur-
sum scriptum est: Non tentabis
Dominum Deum tuum. Iterum
assumpsit eum diabolus in mon-
tem excelsum valde: & ostendit
ei omnia regna mundi, & glo-
riam

5.
Christum
jejunat 3
in deser-
to dies
quadra-
ginta.
Lucæ 4.
Math. 4.
Mart. 1.

Luc. 4.
Math. 4.
Tentatur
à diabolo
ter, & eis
profligato

EPITO-
MA VI-
TAB
CHRISTI
A N. XXX.
XXXI.

riam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade sathana: scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

6.
Baptista docet discipulos suos, Christum esse Messiam: duo sequuntur Iesum.
Ioan. 1.

Quadam autem die, stabat Iohannes, & ex discipulis ejus duo. Et respiciens Iesum ambulans, dicit: Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conversus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quaeritis? qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum, Magister) ubi habitas? Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus qui audierant à Iohanne, & secuti fuerant eum. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam, (quod est interpretatum, Christus.) Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephass, quod interpretatur Petrus.

7.
Philippus vocatur, sequitur Iesum.

In crastinum voluit exire in Galileam, & invenit Philippum. Et dicit ei Iesus: Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida, civitate Andreae & Petri. Invenit Philippus Nathanael, & dicit ei: quem scripsit Moyses in lege, &

Prophetae, invenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dicit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Unde me nosti? Respondit Iesus, & dixit: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Israël. Respondit Iesus, & dicit ei: quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: majus his videbis.

Philippus adducit Nathanaelem.

CAPUT VI.

Prima miracula. Secunda vocatio discipulorum.

1. Iesu mutat aquam in vinum in nuptiis.
2. Ejicit à templo vendentes & ementes.
3. Mulieri Samaritana inuorescit.
4. sanat à febre filium Reguli.
5. Habitat in Capharnaum, & predicat regnum Dei.
6. Vocat à navi quatuor discipulos.
7. Circumit totam Galileam docens in Synagogis, & miracula patrans.

POSTEA nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli ejus, ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. at dicit ei Iesus: quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater ejus ministris: quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydræ sex positæ secundum purifi-

I. Iesu vocatur, interest nuptiis. Ioan. 2.

Intercedit mater pro vino.

EPITO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXI.

Convertit
Christus
aquam in
vinum.

2.
Venit
Caphar-
naum.

Ascendit
Ierosoly-
mam.

Negotia-
tores eji-
erunt ex tem-
plo, &
disputat
de tem-
plo corpo-
ris sui.

cationem Iudæorum, capientes
singuli metretas binas vel ternas.
Dicit eis Iesus: Implete hydrias
aquâ. Et impleverunt eas usque
ad summum. Et dicit eis Iesus:

Haurite nunc, & ferte architricli-
no. Et tulerunt. Ut autem gu-
stavit architriclinus aquam vi-
num factam, & non sciebat unde
esset, ministri autem sciebant, qui
hauserant aquam: vocat spon-
sum architriclinus, & dicit ei:
Omnis homo primum bonum
vinum ponit, & cum inebriati
fuerint, tunc id quod deterius est:
tu autem servasti bonum usque
adhuc. Hoc fecit initium signo-
rum Iesus in Cana Galilææ, &
manifestavit gloriam suam, &
crediderunt in eum discipuli ejus.

Post hæc descendit Caphar-
naum ipse, & materejus, & fra-
tres ejus, & discipuli ejus: & ibi
manserunt non multis diebus.
& propè erat Pascha Iudæorum,
& ascendit Iesus Ierosolymam: &
invenit in templo vendentes bo-
ves, & oves, & columbas, & nu-
mularios sedentes. Et cum fecis-
set quasi flagellum de funiculis,
omnes eiecit de templo, oves
quoque, & boves; & numulario-
rum effudit æs, & mensas subver-
tit. Et his, qui columbas vende-
bant, dixit: Auferte ista hinc, &
nolite facere domum Patris mei,
domum negotiationis. Recordati
sunt verò discipuli ejus quia
scriptum est: Zelus domus tuæ
comedit me. Responderunt ergo
Iudæi, & dixerunt ei: Quod si-

gnum ostendis nobis quia hæc fa-
cis? Respondit Iesus, & dixit eis:
Solvite templum hoc, & in tri-
bus diebus excitabo illud. Dixe-
runt ergo Iudæi: Quadraginta &
sex annis ædificatum est templum
hoc, & tu in tribus diebus excita-
bis illud? Ille autem dicebat de
templo corporis sui. Cum ergo
resurrexisset à mortuis, recordati
sunt discipuli eius, quia hoc dice-
bat: & crediderunt Scripturæ, &
sermoni, quem dixit Iesus. Cum
autem esset Ierosolymis in Pascha
in die festo, multi crediderunt in
nomine eius, videntes signa eius
quæ faciebat.

Et reliquit Iesus Iudæam, &
abiit iterum in Galilæam. Opor-
tebat autem eum transire per Sam-
ariam. Venit ergo in civitatem
Samaritæ, quæ dicitur Sichar, iux-
ta prædium, quod dedit Iacob fi-
lio suo. Erat autem ibi fons Ia-
cob. Iesus ergo fatigatus ex iti-
nere, sedebat sic supra fontem.
Hora erat quasi sexta. Venit mu-
lier de Samaria haurire aquam.
Dicit ei Iesus. Da mihi bibere.
(Discipuli enim eius abierant in
civitatem, ut cibos emerent.) Di-
cit ergo ei mulier illa Samarita-
na: Quomodo tu, Iudæus cum sis,
bibere à me possis, quæ sum mu-
lier Samaritana? non enim co-
utuntur Iudæi Samaritanis. Re-
spondit Iesus, & dixit ei: Si sci-
res donum Dei, & quis est, qui di-
cit tibi, Da mihi bibere; tu forsitan
petisses ab eo, & dedisset tibi
aquam vivam. Dicit ei mulier:

Domine,

3.
Iesu
cum Sa-
marita-
na collo-
quitur.
Ioan. 4.

Instruit
eam de
potu a-
qua vi-
væ.

EPITOME
VI-
TAB
CHRISTI
ANN.
XXXI.

Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est; unde ergo habes aquam vivam? Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus? Respondit Jesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Jesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jesus: Bene dixisti, quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti, & nunc quæ habes, non est tuus vir; hoc verè dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet. Dicit ei Iesus: Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet

adorare. Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cùm ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum, qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli ejus: & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: quid quæris? aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci. numquid ipse est Christus? Exierunt ergo de civitate, & veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem: Numquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: quia dixit mihi omnia quæcumque feci. Cùm venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multò plures crediderunt in eum propter sermonem ejus. Et mulieri dicebant: quia non jam propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audivimus, & scimus, quia hic est verè Salvator mundi.

Declarat
ei se esse
Messiam.

Mulier
evangelizat
Christum.

Cibus
& potus
Christi
salus ani-
marum.

Credunt
in eum
Samaritani.

Dicit se-
creta pri-
orū vita
ipsius.

Docet ad
orationē
Dei in
spiritu &
veritate.

D

Post

SPITO-
ME VI-
TAR
CHRISTI
ANN.
XXXI.

4.
Iesus re-
dit in Ga-
lilæam,
ubi san-
nat filium
Reguli.

Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam. Exceperunt ergo eum Galilæi, cum omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Iesus adveniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum Regulus: Domine, descende prius quam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermone quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, servi occurrerunt ei, & nuntiaverunt dicentes, quia filius eius viveret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: quia heri horâ septimâ reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, Filius tuus vivit: & credidit ipse, & domus eius tota.

Regulus
cum tota
domo sua
credit in
Christum.

5.
Iesu in
Caphar-
naû præ-
dicat re-
gnum ce-
lorum per
peniten-
tiam ob-
tinendû.
Math. 4

Jesus autem, relicta civitate Nazareth, venit & habitavit in civitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim: ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam: Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem, Galilæa gentium, populus qui se-

debat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Exinde coepit Iesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum.

Ambulans autem Iesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocavit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.


Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni: & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio ejus in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malle habentes, variis languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curavit eos.

6.
Secunda
vacatio
Petri &
Andree.

Iacobi &
Ioannû.

7.
Evange-
lizatio in
Galilæa
Curat
gro.

Dæmo-
nacos si-
berat.



CAPUT VII.

Miracula. Vocatio Matthæi.

1. Iesu immundum spiritum expellit.
2. Socrum Simonis a febre liberat.
3. Sedat tempestatem imp. rio.
4. Curat in regione Gerasenorum duos damoniacos.
5. Sanat paralyticum.
6. Vocat Matthæum.

Y. *Christus ejicit immundum spiritum, qui ipse facebatur Messiam.* Luc. 4.

ET descendit in Capharnaum civitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina ejus, quia in potestate erat sermo ipsius. Et in Synagoga erat homo habens demonium immundum, & exclamavit voce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te quis sis, Sanctus Dei. Et increpavit illum Iesus, dicens: Obmutescere, & exi ab eo. Et cum projecisset illum demonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebantur ad invicem, dicentes: quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

2. *Sanat socrum Simonis a febre, solo imperio.*

Aliis ite agror & demoniacor.

Surgens autem Iesus de Synagoga, introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam, imperavit febre: & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, du-

cebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exhibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia: Quia tu es filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui.

Factum est autem in una die-
rum, & ipse ascendit in naviculam, & discipuli ejus, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnū. Et ecce, navigantibus illis, motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus: ipse verò erat in puppi super cervical dormiens. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, & suscitaverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgens imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic; quia venti & mare obediunt ei?

Et cum venisset Iesus transfretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, demonum exeuntes, sævi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamaverunt, dicentes: Quid nobis & tibi, Iesu Fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum pascens. Dæmones autem rogabant eum dicentes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abiierunt in porcos. Et ecce impetu abiit

3.
Solo verbo tempestatem sedat. Luc. 8. Math. 8. Mar. 4.

4.
Liberat Gerasenorum duos damoniacos.

Permittit dæmones in porcos ingredi.

SPITOMES VI-TAR CHRISTI ANN. XXXI.

Lucz 8.

In Capharnaum suraturalyticu. Math. 9. Marc. 2.

abiiit totus grex per præceps in mare : & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & venientes in civitatem, nuntiaverunt omnia, & de eis qui demonia habuerant. Et ecce tota civitas exiit obviam Iesu. Et viso eorogabant, ut transiret à finibus eorum, quia magno timore tenebantur.

Iesus autem ascendens navim, reversus est, & transfreravit : & iterum intravit Capharnaum. Et auditum est, quodd in domo esset, & convenerant multi, ita ut non caperet neque ad januam, & loquebatur eis verbum. et venerunt ad eum ferentes paralyticu, qui à quatuor portabatur. et cum non possent offerre eum illi præ turba, nudaverunt tectum ubi erat : & patefacientes, submiserunt grabatum, in quo paralyticus jacebat. Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis: quid hic sic loquitur? blasphemat. quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? quo statim cognito Iesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, & dicit illis: quid ista cogitatis in cordibus vestris? quid est facilius, dicere paralytico: Dimittuntur tibi peccata; an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula? Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait

probat se peccata remittere posse.

paralytico) tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Et statim surrexit ille, & sublato grabato, abiit coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes: quia nunquam sic vidimus.

Paralyticus tibi grabatum suum, & ambulat.

Et egressus est rursus ad mare, omnifq; turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cum inde transiret, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi Publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu, & discipulis ejus. Et videntes Pharisæi dicebant discipulis ejus. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? At Iesus audiens, ait: Nō est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. videntes autem, discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores.

6. Vocat Iesum Iesum in telonio. Math. 9.

Manducat cum publicanus & peccatoribus.

CAPUT VIII.

Varia miracula.

1. Iesu mulierem profusorio sanguinis laborantem curat.
2. Filiam Archisynagogi in vitam resuscitat.
3. Duobus cæcis visum restituit.
4. Mutum à demonio liberat.
5. sanat aridam manum.
6. Mansuetudo & patientia Christi inter tot miracula.

ET venit quidā de Archisynagogi nomine Iairus: & videns eum, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens:

1. Hamorrhœissæ factu sanatur. Marc. 5.

EPITOME
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXI. ET
XXXII.

cens: Quoniam filia mea in extre-
mis est: Veni, impone manum
tuam super eam, ut salva sit, & vi-
vat. Et abiit cum illo: & seque-
batur eum turba multa, & com-
primebant eum. Et mulier quæ
erat in profluvio sanguinis annis
duodecim, & fuerat multa per-
pessa à compluribus medicis, &
erogaverat omnia sua, nec quid-
quam profecerat, sed magis dere-
rius habebat; cùm audisset de Ie-
su, venit in turba retrò, & tetigit
vestimentum ejus. dicebat enim:
Quia si vel vestimentum ejus te-
tigero, salva ero. Et confestim
siccatu est fons sanguinis ejus: &
sensit corpore quia sanata esset à
plagâ. Et statim Iesus in semet-
ipso cognoscens virtutem, quæ
exierat de illo, conversus ad tur-
bam, aiebat: Quis tetigit vesti-
menta mea? Et dicebant ei disci-
puli sui: Vides turbam comprimen-
tem te, & dicis: Quis me teti-
git? Et circumspiciebat videre
eam, quæ hoc fecerat. Mulier ve-
rò timens & tremens, sciens quod
factum esset in se, venit & proci-
dit ante eum, & dixit ei omnem
veritatem. Ille autem dixit ei: Fi-
lia, fides tua te salvam fecit: vade
in pace, & esto sana à plaga tua.

2. Adhuc eo loquente, veniunt
ab Archisynagoga, dicentes: Quia
filia tua mortua est, quid ultra
vexas Magistrum? Iesus autem,
audito verbo quod dicebatur, ait
archisynagogo: Noli timere, tan-
tummodò crede. Et non admisit
quemquam se sequi, nisi Petrum,

& Jacobum, & Joannem fratrem
Jacobi. Et veniunt in domum
Archisynagogi. Et videt tumul-
tum, & flentes, & ejulantes mul-
tùm. Et ingressus ait illis: Quid
turbamini, & ploratis? puella nò
est mortua, sed dormit. Et irride-
bant eum. Ipse verò, eiecit om-
nibus, assumit patrem & matrem
puellæ, & qui secum erant, & in-
greditur vbi puella erat jacens.
Et tenens manum puellæ, ait illi:
Thalita cumi, quod est interpre-
tatum: Puella (tibi dico) surge. Et
confestim surrexit puella, & am-
bulabat: erat autem annorum
duodecim. Et obstupuerunt stu-
pore magno. Et præcepit illis ve-
hementer, ut nemo id sciret: &
dixit dare illi manducare. Et exiit
fama hæc in universam terram.

Et transeunte inde Jesu, secuti
sunt eum duo cæci, clamantes &
dicentes: Miserere nostri, fili Da-
vid. Cùm autem venisset domũ,
acceserunt ad eum cæci. Et dicit
eis Iesus: Creditis quia hoc pos-
sum facere vobis? Dicunt ei: Uti-
que Domine. Tunc tetigit oculos
eorum, dicens: Secundum fidem
vestram fiat vobis. Et aperti sunt
oculi eorum: & comminatus est
illis Iesus, dicens: Videte, ne quis
sciat. Illi autem exeuntes, diffa-
maverunt eum in tota terra illa.

Egressus autem illis, ecce ob-
tulerunt ei hominem mutum, dæ-
monium habentem. Et eiecit dæ-
monio, locutus est mutus, & mi-
ratae sunt turbæ, dicentes: Num-
quam apparuit sic in Israël. Pha-
risæi

Math. 9

3.
Resistit
visum
duobus
cæcis ip-
sum con-
fidenti-
bus.

4.
Dæmoni-
acum mu-
tum san-
nat, &
loquelam
ei reddit.

PHARISÆI autem dicebant: In principe
dæmoniorum ejicit dæmones.

Factum est autem ut intraret
Sabbato in Synagogam, & doce-
ret. Et erat ibi homo, & manus
ejus dextra erat arida. Observa-
bant autem Scribæ & Pharisei, si
in Sabbato curaret; & interro-
gabant eum, dicentes: Si licet
Sabbatis curare? ut accusarent
eum. Ipse autem dixit illis: Quis
erit ex vobis homo, qui habeat
ovem unam, & si ceciderit hæc
Sabbatis in foveam, nonne tene-
bit & levabit eam? Quantò ma-
gis melior est homo ove? Itaque
licet Sabbatis benefacere. Tunc
ait homini: Extende manum tuam.
Et extendit, & restituta est sani-
tari sicut altera. Exeuntes autem
Pharisei, consilium faciebant
adversus eum, quomodo perde-
rent eum.

6. Jesus autem sciens recessit in-
de, & secuti sunt eum multi, &
curavit eos omnes: & præcepit
eis ne manifestum eum facerent.
Ut adimpleretur quod dictum est
per Isaiam Prophetam, dicentem:
Ecce puer meus, quem elegi, dile-
ctus meus, in quo bene compla-
cuit animæ meæ. Ponam spiri-
tum meum super eum, & judi-
cium gentibus nuntiabit. Non
contendet, neque clamabit, ne-
que audiet aliquis in plateis vo-
cem ejus. Arundinem quassatam
non confringet, & linum fumi-
gans non extinguet, donec ejiciat
ad victoriam judicium: & in no-
mine ejus gentes sperabunt.

PHILO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXII.

5.
In Sab-
bato ma-
num ari-
dam cu-
rat.
Luc. 6.
Matth.
22.

Probat
quædam
opera pos-
se in Sab-
bato fieri.

Conspira-
tio pha-
riseorum.

6.
Alii a-
grovi cu-
rantur.

Mansue-
tudo Chri-
sti Isaiæ
vaticinio
compro-
bata.

CAPUT IX.

Salutaria monita, quibus Iesus tunc
in monte, quædam in aliis locis disci-
pulos suos, nosque omnes sacratissimo
ore suo instituit ad bene bea-
regque vivendum.

1. Electio duodecim Apostolorum. Otto Bea-
titudines.
2. Iustitia superabundans Christianorum.
3. Bonum pro malo reddendum.
4. Docemur aizare inimicos.
5. Iustitiam coram Deo facere, non ut videa-
mur ab hominibus.
6. Oratio in abscondito: Oratio Dominica.
7. Avaritia cavenda: thesaurizandum in
celo.
8. Sollicitudo crastini in Deum rejicienda.
9. Neminem judicare licet.
10. Cum perseverantia petendum à Deo, quod
opus est.
11. Per angustam portam, non per latam viam
iter est in celum.
12. Iugum Christi.
13. Christus lux, via, veritas, & vita: panis
verus & vivus: pastor bonus.
14. Christus Salvator mundi à Patre ex amore
datus.
15. Prudens simplicitas in persecutionibus.
16. Sequi Christum, omnibus pro illo dimissis,
consulitur.
17. Vigilandum. Otiosi verbi ratio reddenda.
18. Lux vestra luceat coram hominibus. Ser-
vos inutiles nos putemus. Retributio finalis cogi-
tanda.
19. Domus fundata super arenam, super pe-
tram.
20. Sapientia Dei parvulæ revelatur.

FACTUM est autem in illis die-
bus, exiit Iesus in montem
orare, & erat pernoctans in ora-
tione Dei. Et cum dies factus es-
set, vocavit discipulos suos: &
elegit duodecim ex ipsis (quos &
Apostolos nominavit) Simonem,
quem cognominavit Petrum, &
Andream fratrem ejus, Jacobum,
& Joannem, Philippum, & Bar-
tholomæum, Matthæum, & Tho-
mam, Jacobum Alphæi, & Simo-
nem

1.
Duode-
cim Apo-
stolos ex
omni nu-
mero dis-
cipulorum
seligit.
Luc. 6.

SPITO-
ME VI-
TAE
CHRISTI.
ANN.
XXXII.
Ofto bea-
titudines
via.
Math. 5.

né qui vocatur Zelotes, & Judam Iacobi, & Iudá Iscariotem, qui fuit proditor. Et aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi cõsolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deũ videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.

2.
Superabundans iustitia Christianorum supra Pharisæos.

Dico autem vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra plus quã Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam in corde suo.

3.
Reddendum bonum pro malo plena condonatione. Luc. 6.

Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, nõ resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et

prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

Math. 5.

Dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, benedicite maledicentibus vobis, & orate pro persecutibus & calumniãtibus vos: ut sitis filii Patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.

4.
Inimici diligendi. Luc. 6. Math. 5.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cælis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tubã canere antete, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

5.
Iusti apud patrem corã Deo, non ut videamur ab hominibus. Math. 6.

Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuũ,

6.
Modus orandi, non publice, sed in occulto.

&

SPITO-
ME VI-
TAR
CHRISTI
ANN.
XXXII.
Oratio
Domini-
640

& clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito : & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Sic autem vos orabitur: Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum super substantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo, Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.

7.
Detesta-
tio avari-
tiae.
Mar. 10
Luc. 12.

Filioli, difficile est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire. Videte, & cavete ab omni avaritia. Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attrulit: & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo quod congregem fructus meos? Et dixit: hoc faciam, destruam horrea mea, & majora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cujus erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives. Nolite thesaurizare vobis thesauros in ter-

Thesau-
rizandū
non huic
mundo,
sed cælo.
Math. 6

ra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: ubi neque ærugo neque tinea demolitur: & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cortium. Non potestis Deo servire & mammonæ.

Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiæ eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite timere pusillis grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.

Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine, eiiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.

Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit invenit: & pulsanti aperietur. Si vos, cum sitis mali, nostis bona dare

8.
Ne sitis
solliciti
in crasti-
num.
Luc. 12.

9.
Nolite
iudicare.
Luc. 6.
Math. 7.

A seipso
incipere
dicendum.

10.
Petendū
à Deo
perseveranter.
Luc. 11.

Epitome data dare filiis vestris : quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se? Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis.

11. Intrate per angustam portam : quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.

8. Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam; & pauci sunt, qui inveniunt eam! Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.

12. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inveniatis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. Qui major est in vobis, fiat sicut junior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.

13. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam. Ego sum panis vivus, qui

de cælo descendit. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in illo. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Ego sum pastor bonus, & animam meam pono pro ovibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicaret mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?

Ego elegi vos, & posui vos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Ad præsides & ad reges ducemini propter me. Nolite tunc cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

Pastor bonus. Ioan. 10.

14. *Ioan. 3. Salvator mundi ex amore Patris missus & datus. Luc. 12.*

15. *Prudentes simplices; ut serpentes & columbæ.*

Ioan. 15. Math. 10.

SPITVO-
DE VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXII.

Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus; & seruo sicut dominus ejus. Si Patremfamilias Belzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus? Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt.

Luc. 21. Nolite ergo timere: capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in caelis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in caelis est.

16. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus; & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Quid proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?

17. Vigilate, quia nescitis quâ hora Dominus vester venturus sit. Attendite vobis, ne fortè graventur

corda vestra in crapula & ebrietate, & curis hujus vitae. Videte, vigilate & orate. Dico vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis: ut, cum venerit & pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos, cum venerit dominus, invenerit vigilantes. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. Quod vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in caelis est. Et cum feceritis omnia quae praeccepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Filius hominis venturus est in gloria sua, cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera ejus. Et mittet Angelos suos, & colligent eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.

Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & non

Matth.
24.
Luc. 21.
Marc. 13.
Matth.
12.
Osiop
verbi ra-
tio in ju-
dicio red-
denda.
Luc. 12.

Marc. 13

Matth. 5

18.
Bonum
exemplū
ali s pro-
bendum.
Luc. 17.

Servi in-
utiles.
Matth.

16.
Terribili-
tia spualis
secundū
opera.
Matth. 13

19.
Doman-
dua.
Matth. 7.
Pruden-
tia super
petram

Matth.
10.
Confessio
fidei ne-
cessaria.

Sequela
Christi.
Ioan. 12.
Matth.
26.

Matth.
10.
Abrenū-
tiationē
postulat
omnium
suiq ab-
negatiō-
nem.
Matth.
16.
Luc. 9.

Perpetuū
vigilan-
dum &
orandū.

flave-

SPITO-
MA VI-
EAT
CHRISTI
ANN.
XXXII.

Stulti
super a-
renam.

Ioan. 8.
Luc. 11.

flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. & omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam: & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

20.
Luc. 10.
Matth. 11.
Parvulus
resuscitatur
Dei Japi-
quasia.

Et exultavit Jesus in Spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Et conversus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.

CAPUT X.

Miracula. Laus Baptistæ.

1. Iesum mundat leprosum.
2. sanat servum Centurionis.
3. Resuscitat filium viduæ Naim.
4. Commendat Ioannem Baptistam, qui duos de discipulis miserat ad Iesum.

1.
Sanat le-
su lepro-
sum.
Matth. 3.

CUM autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et

extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra ejus.

Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & servo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham Isaac & Jacob in regno cælorum: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

Et factum est, deinceps ibat Jesus in civitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli ejus, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba civitatis multa cum illa. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus

E 2 super

2.
Centurio
onu ser-
vum eua-
rab.

Centurio
onu fa-
deris

à Christo
laudatus.

3.
Vidua
filium
mortuum
resuscit-
at in
Naim.
Luc. 7.

SPITO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXII.

super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit localum. (Hi autem qui portabant, steterunt.) Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & coepit loqui. Et dedit illum matri suae. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitavit plebem suam. Et exiit hic sermo in universam Iudaeam de eo, & in omnem circa regionem.

4.
Legatio
discipu-
lorum Ba-
pista ad
desum.

Et nuntiaverunt Joanni discipuli ejus de omnibus his. Et convocavit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? (in ipsa autem hora multos curavit a languoribus suis, & plagis, & spiritibus malis, & caecis multis donavit visum.) Et respondens, dixit illis: Euntes renuntiate Joanni, quae audistis, & vidistis. Quia caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur: & beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntii Ioannis, coepit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste

Respon-
det iis
Christus
se esse
Messiam.

pretiosa sunt & deliciis, in domibus Regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Utique dico vobis, & plusquam Prophetam: hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum antefaciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno caelorum, major est illo. A diebus autem Ioannis Baptista usque nunc, regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et omnis populus audiens, & Pulicani, justificaverunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisei autem & legisperiti consilium Dei spreverunt in semetipso, non baptizati ab eo. Ait autem Dominus: Venis Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum: & dicitis: Daemonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo devorator, & bibens vinum, amicus Publicanorum, & peccatorum.

Commen-
dat Ioan-
nem ut
plusquam
Propheta
ind
ut Augu-
lum.
Matth.
11.

Applau-
dit: Chri-
sto publi-
canti: &
populum
sperunt
Pharisei
& legis-
periti.
Luc. 7.

CAPUT XI.

*Vis vere convictionis in conversione
Magdalena. Verbi Dei au-
ditores.*

1. Iesum remittit peccata mulieri peccatrici.
2. Maria Magdalena ministerio & facultati-
bus vivit: Christus & Apostoli.
3. Curat item Iesum dæmoniacum tacum, &
mutum hominem.
4. Proponit parabolam seminantis, & explicat.
5. Aperit & legit librum Isaiæ in Synagoga.

REGA-

ROGABAT autem illum quidam de Phariseis ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei, discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quoddam accubisset in domo Pharisei, attulit alabastrum unguenti: & stans retro secus pedes ejus, lacrymis cepit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. Videns autem Phariseus, qui vocaverat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset Propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Jesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic: Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Ætimo quia is, cui plus donavit. At ille dixit ei: Rectè judicasti. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, & quam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem, ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remit-

tuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace.

Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per civitates & castella, prædicans & evangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalene, & Joanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

Et oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curavit eum, ita ut loqueretur & videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius David? Pharisei autem audientes, dixerunt: Hic non ejicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.

Cùm autem turba plurima cõveniret, & de civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem. Exiit qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. Et

E 3 aliud

EPITOME VI-TAE CHRISTI ANN. XXXII.

1. Peccatrix unguenti & lacrymas in domo Pharisei Luc. 7.

Phariseus murmurat.

Parabola duorum debitorum.

Peccatrici amor habetur

Peccata ei dimittit Jesus.

2. Christus cum duodecim evangelizans, de facultatibus suis ministrabat mulieres. Luc. 8.

3. Dæmoniaco servato & curato, miratur turba, blasphemant Pharisei Matth. 12.

4. Parabola seminantis. Luc. 8.

SPITO-
ME VI-
TAB
CHRISTI
ANN.
XXXII.

Explica-
tio para-
bola tra-
ditur dis-
cipulis.

5.
Regis
Christus
Isaiam
in Syna-
goga.
Luc. 4.

aliud cecidit inter spinas, & si-
mul exortæ spinæ suffocaverunt
illud. Et aliud cecidit in terram
bonam, & ortum, fecit fructum
centuplum. Hæc dicens, clama-
bat: Qui habet aures audiendi,
audiat. Interrogabant autem eum
discipuli ejus, quæ esset hæc para-
bola. Quibus ipse dixit: Vobis
datum est nosse mysterium regni
Dei, ceteris autem in parabolis: ut
videntes non videant, & audien-
tes non intelligant. Est autem
hæc parabola. Semen, est verbum
Dei. Qui autem secus viam, hi
sunt qui audiunt; deinde venit
diabolus, & tollit verbum de cor-
de eorum, ne credentes salvi fi-
ant. Nam qui supra petram: qui
cum audierint, cum gaudio susci-
piunt verbum; & hi radices non
habent: quia ad tempus credunt,
& in tempore tentationis recedunt.
Quod autem in spinas cecidit, hi
sunt qui audierunt, & à sollicitu-
dinibus, & divitiis, & voluptatibus
vitæ, euntes suffocantur, & non
referunt fructum. Quod autem in
bonam terram: hi sunt, qui in corde
bono & optimo audientes verbum
retinent, & fructum afferunt in
patientia. Et venit Jesus Nazareth
ubi erat nutritus, & intravit se-
cundum consuetudinem suam die
sabbati in synagogam, & surrexit
legere. Et traditus est illi Liber
Isaiæ Prophetæ. Et ut revolvit
librum, invenit locum ubi scriptum
erat: Spiritus Dominus super me:
propter quod unxit me,

evangelizare pauperibus misere,
sanare contritos corde, prædicare
captivis remissionem, & cæcis
visum, dimittere cōfractos in
remissionem, prædicare annum
Domini acceptum, & diem retribu-
tionis. Et cum plicuisset li-
brum, reddidit ministro, & sedit.
Et omnium in synagogâ oculi e-
rant intendentes in eum. Cœpit
autem dicere ad illos: Quia hodie
impleta est hæc scriptura in auri-
bus vestris. Et omnes testimo-
niū illi dabant: & mirabantur in
verbis gratiæ, quæ procedebant
de ore ipsius, & dicebant: Unde
huic sapientia hæc, & virtutes?
Nonne hic est faber, filius Joseph
fabri? Nonne mater ejus dicitur
Maria? Unde ergo huic omnia
ista? Jesus autem dixit eis: Amen
dico vobis, quia non est propheta
sine honore, nisi in patria sua,
& in domo sua. Et in cognatione
sua. Et repleti sunt omnes in
Synagoga ira, hæc audientes.
Et surrexerunt, & eiecerunt
illum extra civitatem, & duxerunt
illum usque ad supercilium montis,
super quem civitas illorum erat
ædificata, ut precipitarent eum.
Ipse autem transiens, per medium
illorum ibat. Et non fecit ibi
virtutes multas, propter incredulitatem
illorum.

CAPUT XII.

Alia Christi miracula, anno ejus
trigesimo tertio.

1. Iesu curat hominem, qui triginta & octo
annis infirmus jacuit, ad Probaticam piscinam.
2. De

De scriptis
interpretatur
le
sum.

Miracul
tur Jap
entia
ju veris
& grati
am.

Matt. 11
Marc. 6
Matt. 11

Luc. 4.

Eiecitur
ex Syna-
goga.

Matt. 11

SPRITO-
ME VI-
TAR
CHRISTI
ANN.
XXXII.

2. De quinque panibus pascit quinque millia hominum.
3. Super mare ambulat post orationem in monte.
4. Filium Chanaanæ sanat.
5. Surdum & mutum spiritu curat.

I.
Piscina
probativa.
Ioan. 5.

ERAT dies festus Judæorum, & ascendit Iesus Jerosolymam. Est autem Jerosolymis Probativa piscina, quæ cognominatur Hebraicè Betlaïda, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus jacentem, & cognovisset quia jam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille; & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem Sabbatum in die illo. Dicebant ergo Judæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Interro-

Ad motum
Angeli
primus
intrans
sanabatur.

Languet
88. annos.

Hominem
non habet.
CHRISTI
ANN.
XXXII.
Christum
cum san-

Voluit gra-
batum in
Sabbato.

gaverunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinavit à turba constituta in loco. Postea invenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es; jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & nuntiavit ludæis, quia Iesus esset qui fecit eum sanum. Propterea persequabantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in Sabbato.

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. Cum sublevasset ergo oculos, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, misertus est super eos, quia erant sicut oves non habentes pastorem, Et coepit illos docere multa: & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, sanabat. Et cum jam hora multa fieret, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum Denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Dixit ei unus ex discipulis ejus, Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus hic, qui

Calumnia
ludæorum
de curationibus
in Sabbato
factis.

2.
Sequuntur
Christum
turba, ut
deceantur.
Ioan. 6.

Marc. 6.

Luc. 9.

Marc. 6.

Ioan. 6.

Quinque
panibus
& duo-
bus pisci-

DE PETRO
VI
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIII.
bus pas-
sit Chri-
stus quin-
que mil-
lia ho-
minum,

Et super-
erat duo-
decim co-
phini
fragmen-
torum.

3.
Dominus
erat solus
in monte
Matt. 14

Ambu-
las super
mare.

Discipu-
li siment

qui habet quinque panes hordea-
ceos, & duos pisces: sed hæc quid
sunt inter tantos? Dixit ergo Ie-
sus: Facite homines discumbere.
Erat autem fœnum multum in
loco. Discubuerunt ergo viri,
numero quasi quinque millia. Ac-
cepit ergo Iesus panes, & cum gra-
rias egisset, distribuit discumben-
tibus: similiter & ex piscibus
quantum volebant. Ut autem
impleti sunt, dixit discipulis suis:
Colligite quæ superaverunt frag-
menta, ne pereant. Collegerunt
ergo, & impleverunt duodecim
cophinos fragmentorum, ex quin-
que panibus hordeaceis, quæ su-
perauerunt his qui manducave-
rant. Illi ergo homines cum vi-
dissent quod Iesus fecerat signum,
dicebant: quia hic est verè Pro-
pheta, qui venturus est in mun-
dum.

Et statim compulit Iesus disci-
pulos ascendere in naviculam, &
præcedere eum trans fretum, do-
nec dimitteret turbas. Et dimis-
sâ turbâ, ascendit in montem so-
lus orare. Vespere autem facto,
solus erat ibi, navicula autem in
medio mari jactabatur fluctibus:
erat enim contrarius ventus.
Quarta autem vigilia noctis venit
ad eos ambulans super mare. Et
videntes eum super mare ambu-
lantem, turbati sunt, dicentes:
quia phâstasma est. Et præ timore
clamaverunt. Statimque Iesus lo-
cutus est eis, dicens: Habete fidu-
ciam: ego sum, nolite timere. Re-
spondens autem Petrus dixit: Do-

mine, si tu es, jube me ad te veni-
re super aquas. At ipse ait: Veni.
Et descendens Petrus de navicu-
la, ambulabat super aquam ut ve-
niret ad Iesum. Videns verò ven-
tum validum, timuit: & cum cœ-
pisset mergi, clamavit dicens:
Domine, salvum me fac. Et con-
tinuò Iesus extendens manum,
apprehendit eum: & ait illi: Mo-
dicæ fidei, quare dubitasti? Et
cum ascendissent in naviculam,
cessavit ventus. Qui autem in na-
vicula erant, venerunt, & adora-
verunt eum, dicentes: Verè Fili-
us Dei es. Et cum transfretas-
sent, venerunt in terram Gene-
sar. Et cum cognovissent eum vi-
ri loci illius, miserunt in univer-
sam regionem illam, & obtule-
runt ei omnes malè habentes: &
rogabant eum ut vel simbriam
veltimenti ejus tangerent. Et qui-
cumque tetigerunt, salvi facti
sunt.

Et secessit Iesus in partes Tyri
& Sidonis. Et ecce mulier Chana-
næa à finibus illis egressa, cu-
jus filia habebat spiritum immun-
dum, clamavit, dicens ei: Misere-
re mei Domine fili David: filia
mea malè à dæmonio vexatur.
Qui non respondit ei verbum. Et
accedentes discipuli ejus, roga-
bant eum, dicentes: Dimitte eam:
quia clamat post nos. Ipse autem
respondens, ait: Non sum missus
nisi ad oves, quæ perierunt do-
mus Israël. At illa venit, & ado-
ravit eum, dicens: Domine, adiu-
va me. Qui respondens ait: Non
est

Petrus
ambu-
lans in
mari de-
scendit.

Adorant
Iesum
discipuli

Curan-
tur mor-
bidi; e-
tiam sa-
tu sim-
bria eju

4.
Mulier
Chana-
næa in-
tercedit
pro filia
demonia-
ca.
Matt. 15
Mar. 7.
Matt. 15
Discipu-
li etiam
interce-
dunt.

MARGARITUM SPIRITUALE.

est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelliedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

5. Et exiens Jesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus: & expuens, tetigit linguam ejus: & suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est Adaperire. Et statim apertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant: & eò amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

CAPUT XIII.

Alia miracula. Transfiguratio. Obedientia doctrina & humilitatis.

1. Iesu de septem panibus satiat quatuor millia hominum.
2. Pharisæos signum quærentes rejicit, & ad signum Iona Propheta remittit.
3. Cæco visum in Betsaida restituit.
4. Passionem suam prædicare & prædicare incipit.

5. Transfiguratur coram Petro, Iacobo, & Iohanne.
6. Ejicit dæmonium, quod discipuli ejicere non poterant.
7. Iterum prædicat se passurum.
8. Stasere in ore pisci invento, solvit didrachma pro se & Petro.
9. Discipulos humilitatem docet.

IN diebus illis iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam, quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos jejunos in domum suam, deficiunt in via: quidam enim ex eis de longè venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Unde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, grâtiâs agens fregit, & dabat discipulis suis ut apponerent, & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducaverunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superaverat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducaverant, quasi quatuor millia, & dimisit eos.

Et statim ascendens navim cum discipulis suis, venit in fines Magedan & Dalmanutha. Et exierunt Pharisæi & Sadducæi, & accesserunt ad eum, & cœperunt conquirere cum eo. Et rogaverunt eum, ut signum de cælo ostenderet eis, tentantes eum. Et

10
Quatuor
millia
hominum
satiat le-
su septem
panibus
& paucis
piscibus
Mar. 8.

Super-
fuerit se-
ptem spor-
ta frag-
menta-
rum.

2.
Signum
quærentes
Pharisæi.
Mat. 15.
Mar. 8.
Mat. 23.

3. *3. Reficitur cæco vi- sum ap- posito spu- so oritur. Marc. 8.*
 ingemiscens spiritu, ait: Quid generatio ista mala & adultera lignum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum, nisi signum Jonæ Prophetæ.

Et dimittens eos, ascendit iterum navim, & abiit trans fretum, & venit Bethsaidam. Et adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos ejus impositis manibus suis, interrogavit eum si quid videret. Et aspiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos ejus: & cœpit videre, & restitutus est, ita ut clarè videret omnia. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam, & si in vicum introieris, nemini dixeris.

4. *4. Mat. 16. Passio- nem sua- prædicat. Marc. 9.*
 Exinde cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Jerosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & principibus sacerdotum, & tertia die resurgere. Et dicebat illis: Amen dico vobis, quia sunt quidam de hinc stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute.

5. *5. Transfi- guratio Christi in monte. Mat. 17. Luc. 9. Mat. 17.*
 Et post dies sex assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus: & ducit illos in montem excelsum seorsum, ut oraret. Et dum oraret, transfiguratus est ante eos. Et respicenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et

ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes: & dicebant excessum ejus, quem complecturus erat in Ierusalem. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyfi unum, & Eliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum, et descendentibus illis de monte, præcepit illis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.

6. *6. Dama- nus, quod discipuli non poterant, de suo eiecit. Mat. 9.*
 Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expaverunt, & accurrentes, salutabant eum. Et interrogavit eos: Quid inter vos conquiritis? Et respondens unus de turba, dixit: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui ubicunq; eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis ut ejicerent illum, & non potuerunt. Qui respon- dens

Colloquuntur cum eo Moyses & Elias. Luc. 9.

Mat. 17.

Vox Patru de nube.

EPITOME
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN-
XXXIII.

dens eis, dixit: O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset eum, statim spiritus conturbavit illum: & elisus in terram, volutabatur spumans. Et interrogavit patrem ejus: quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia: & frequenter eum in ignem & in aquas misit, ut eum perderet, sed si quid potes, adjuva nos, miserus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omniaabilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lacrymis agebat: Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam. Et cum vidisset Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: surde & mute spiritus, ego praecepto tibi, exi ab eo; & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent: quia mortuus est. Iesus autem tenens manum ejus, elevavit eum, & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli ejus secretò interrogabant eum: quare nos non potuimus efficere eum? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non ejicitur, nisi per orationem & jejunium.

7. Et inde profecti praetergredie-

bantur Galilaeam. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occidetur, & occisus tertià die resurget. At illi ignorabant verbum, & timebant interrogare eum. Et contristati sunt vehementer.

Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non solvit didrachma? Ait: etiam. Et cum intrasset in domum, praevenerunt eum Iesus, dicens: quid tibi videtur Simon? Reges terrae à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis, an ab alienis? At ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore ejus, invenies staterem; illum sumens, da eis pro me & te.

Et interrogabat Discipulos suos: quid in via tractabatis? At illi ratabant: Siquidem in via inter se disputaverant, quis eorum major esset. Et advocans Iesus parvulum, statuit eum in medio eorum: quem cum complexus esset, ait illis: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum. quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno caelorum.

*Logi
 enu
 leyju
 Eliat
 c. 9.*

*Omnia
 sunt possibilia
 credenti.*

*Præcepto
 christi
 ejicitur
 a demoni-
 bus.*

*Matt 17
 fidei je-
 junii, &
 orationis
 efficacia
 contra da-
 mones.*

*Mat. 9.
 Prædicat
 iterum
 passionē
 suam.*

*Mat. 17.
 8.
 Si accere
 in ore pis-
 cu invenio
 tributum
 cum sol-
 vit pro se
 & Petro.*

*Ne quis
 debeat
 sed ne
 scandalizare
 tur.*

*Marc 9.
 Statuit
 parvulo
 in medio
 discipu-
 larum, do-
 cet eos
 humili-
 tatem.*

*Mat. 18.
 Marc. 6.*

Mat. 18.



CAPUT XIV.

EPITO-
BE VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIII.

*Manſuetudo Chriſti Domini in
varius occaſionibus.*

1. Ieſu veniens in Iudæam reliſſa Galilæa, à Samaritanis reſectum, increpat indignationem filiorum Zebedæi.

2. Curat decem leproſos.

3. Docet Ieroſolymis in templo in feſto ſcenope-
gia, turbis credentibus, indignantibus Phariſæis.

4. Sitiens ad ſe invitatur. Nicodemus pro eius innocentia reſpondet.

5. Ieſu adulteram abſoluit.

6. Poſt varias altercationes Iudæos ſe lapidare volentes deſerit.

1.
Mat. 19.
Luc. 9.
Ieſu re-
liſſa Ga-
lilæa ve-
nit in Iu-
dæam.

Et migravit Ieſus à Galilæa, & faciem ſuam firmavit, ut iret in Ieruſalem. Et miſit nuntios ante conſpectum ſuum, & euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum, ut pararent illi. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ieruſalem. Cùm vidiffent autem diſcipuli eius, Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, vis dicimus ut ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos? Et converſus increpavit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſalvare.

Increpat
indignan-
tes filios
Zebedæi.

2.
Luc. 17.
Decem
leproſos
mundat.

Et cùm ingrederetur Ieſus quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longè, & levaverunt, vocem, dicentes: Ieſu præceptor, miſerere noſtri. Quos ut vidit, dixit: Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus eſt, reſreſſus eſt, cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante

pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Ieſus dixit: Nonne decem mundati ſunt? & novem ubi ſunt? Non eſt inventus qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te ſalvum fecit.

Solu-
tis Sa-
marita-
nis redi-
it gratias
agens.

Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum, Scenopegia. Et jam die feſto mediante, accendit Ieſus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes. Quomodo hic litteras ſcit, cùm non didicerit? quærebant ergo eum apprehendere, & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus cùm venerit, Numquid plura ſigna faciet, quæ hic facit? Audierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc: & miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros, ut apprehenderent Ieſum. Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicum tempus vobiscum ſum: & vado ad eum, qui me miſit.

3.
Ioan. 7.
Feſtum
ſcenope-
gia, ſeu
tabernacu-
lorum.
Docet
Chriſtus
in tem-
plo.

Turba
credit,
Phariſæi
indignan-
tur.

In noviffimo autem die magno feſtivitatis, ſtabat Ieſus, & clamabat, dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus, Ex illa ergo turba cùm auდიſſet hos ſermo-

4.
Ieſu in-
vitat ad
ſe omnes
ſitientes.

nes

SPITOME VI-TABE CHRISTI ANN XXXIII.
Dissensio in turba circa Christi dignitatem.
 nes ejus, dicebant: Hic est verè Propheta. Alii dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Numquid à Galilæa venit Christus? Nonne Scriptura dicit: Quia ex semine David, & de Bethleem castello, ubi erat David, venit Christus? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo mihi super eum manus. Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Phariseos. Et dixerunt eis illi: Quare nō audistis illum? Responderunt ministri: Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis Pharisei: Numquid & vos seducti estis? Numquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariseis? sed turba hæc quæ nō novit legem, maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos, qui unus erat ex ipsis: Numquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa propheta non surgit. Et reverti sunt unusquisque in domum suam.

5. Jesus autem perrexit in montem Oliveti: & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, & dicunt ei:

Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cùm ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est veltrùm, Primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans, scribebat in terra. Audientes autem unus post unum exhibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Eri-gens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? nemo te condemnavit? Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo: Vade, & jam ampliùs noli peccare.

6. Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: Amen, amen dico vobis: si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ: & tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in æternum. Numquid tu major es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus qui glorificat me, quem vos

*Accusato-
ribus ostendit in-
pforum
secreta
peccata.*

*Mira
Christi
mansuetudo*

*Sermo
Christi
servatus,
datur vitam
æternam*

*Indecorè
blasphemiam in
Christum.*



10-
VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIII.

Pharisai
sua ipson
te oves
cauti.

Joan. 10
Christus
pastor bo-
nus.

Alia dis-
senso lu-
daorum
de Chri-
sto.

2. Facta sunt autem Encænia in
Judæi in-
perrugant
Christum
an sit
Messias

qui loquitur tecum, ipse est. At il-
le ait: Credo Domine. Et proci-
dens adoravit eum. Et dixit ei Ie-
sus: In iudicium ego in hunc
mundum veni: ut qui non vident
videant, & qui vident cæci fiant.
Et audierunt quidam ex Pharisæis,
qui cum ipso erant, & dixerunt
ei: Numquid & nos cæci sumus?
Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, nō
haberetis peccatum. nunc verò
dicitis: quia videmus. Peccatum
vestrum manet. Ego sum pastor
bonus. Bonus pastor animam suā
dat pro ovibus suis. Alias oves
habeo, quæ non sunt ex hoc ovi-
li: & illas oportet me adducere,
& vocem meam audient, & fiet
unum ovile, & unus pastor.
Propterea me diligit Pater: quia
ego pono animam meam, & ite-
rum sumam eam. Nemo tollit
eam à me: sed ego pono eam à
me ipso, & potestatem habeo po-
nendi eam, & potestatem habeo
iterum sumendi eam. Hoc man-
datum accepi à patre meo. Dis-
senso iterum facta est inter Ju-
dæos propter sermones hos. Di-
cebant autem multi ex ipsis, Dæ-
monium habet, & insanit: quid
eum auditis? Alii dicebant: Hæc
verba nō sunt dæmonium habentis,
numquid dæmonium potest
cæcorum oculos aperire?

2. Facta sunt autem Encænia in
Jerosolymis, & hiems erat. Et
ambulabat Iesus in tēplo, in por-
ticu Salomonis. Circumdederunt
ergo eum Judæi, & dicebant ei:
Quousque animam nostram tol-

lis? si tu es Christus, dic nobis
palam. Respondit eis Iesus: Lo-
quor vobis, non creditis. opera
quæ ego facio in nomine Patris
mei, hæc testimonium perhibent
de me: sed vos non creditis, quia
non estis ex ovibus meis. Ego &
Pater unum sumus. Sustulerunt
ergo lapides Judæi, ut lapidarent
eum. Respondit Iesus: Multa bo-
na opera ostendi vobis ex Patre
meo: propter quod eorum opus
me lapidatis? Responderunt ei
Judæi: De opere bono non lapi-
damus te, sed de blasphemia: &
quia tu, homo cum sis, facis te ip-
sum Deum. Respondit eis Iesus:
Nonne scriptum est in lege ve-
strâ, Ego dixi, dii estis? Si illos di-
xit deos, ad quos sermo Dei fa-
ctus est, & non potest solvi Scri-
ptura; quem Pater sanctificavit,
& misit in mundum, vos dicitis:
Quia blasphemias: quia dixi, Fi-
lius Dei sum? Si non facio opera
Patris mei, nolite credere mihi. Si
autem facio, & si mihi non vultis
credere, operibus credite, ut co-
gnoscatis, & credatis quia Pater
in me est, & ego in Patre. Quære-
bant ergo eum apprehendere: &
exivit de manibus eorum.

Intravit autem in quoddam
castellum, & mulier quædam,
Martha nomine, excepit illum in
domum suam. Et huic erat soror,
nomine Maria: quæ etiam sedens
secus pedes Domini, audiebat
verbum illius. Martha autem sa-
ragebat circa frequens ministe-
rium, quæ stetit, & ait: Domine,
non

Respon-
det, ex
peribus
consci-
endum.

Judæi
conan-
tur eum
lapidare.

Psal. 82.

Probat fa-
esse Deum,
& Filium
Dei.

3.
Luc. 10
Martha
excipit
Christum
hospitio
Maria
ipsum
audit.
conque-
ritur.

EPITO-
MA VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIII.

Maria
prefer-
tur.

4.
Luc. 13.
Mulierē
contractā
sanat
Christus.

Judai i-
serum ca-
lumniā
obiciunt
de Sabba-
to.

5.
Luc. 14.

non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, ut me adjuvet. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Erat autem Iesus docens in Synagoga, Sabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocavit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens autem Archisynagogus, indignans quia Sabbato curasset Iesus. Dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & non in die Sabbati. Respondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocritæ, unusquisque vestrum Sabbato non solvit bovem suum aut asinum à præsepio, & ducit ad aquam? Hanc autem filiam Abrahamæ, quam alligavit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solvi à vinculo isto die Sabbati? Et cum hæc diceret, erubescabant omnes adversarii eius: & omnis populus gaudebat in univertis quæ gloriosè fiebant ab eo.

Et factum est, cum intraret Iesus in domum cuiusdam princi-

pis Phariseorum Sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erant ante illum. Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos & Phariseos, dicens: Si licet Sabbato curare? At illi tacerunt. Ipsi verò apprehensum sanavit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cujus vestrum atinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die Sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad Invitados parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te lit invitatus ab illo; & veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere: sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut, cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Hydropi-
cum sa-
nat in
Sabbato.

Probat il-
licite fi-
ri, ex ip-
si iudeo-
rum sen-
tentiis.

Parabola
de invita-
tione, &
locum al-
torem am-
bientium.

CAPVT. XVI.

Parabolæ. Bened. Etio parvulorum.

1. Iesu proponit parabolam de ove & drachma perditis.
2. De filio prodigo.
3. Loquitur item de divite epulone, & de Lazaro mendico.
4. Et de Phariseo atque Publicano.
5. Manus etiā parvulus impanens benedixit ei.

ERANT

CRISTO-
MAS VI-
TAE
CHRISTY
ANN.
XXXII.
LUC. 15.

Jesus con-
vionatur
peccato-
ribus per
parabo-
las.
Parabola
de ove
perdita
& in hu-
meru pa-
stori re-
pugnā.

Parabola
de drach-
ma per-
dita &
reperita.

2.
Parabola
de filio
prodigo.

ERANT autem appropinquan-
tes ei Publicani & peccato-
res, ut audirent illum. Et mur-
murabant Pharisei & Scribæ,
dicentes: Quia hic peccatores re-
cipit, & manducat cum illis. Et
ait ad illos parabolam istam, di-
cens: Quis ex vobis homo qui
habet centum oves: & si perdidit
unam ex illis, nonne dimittit
nonaginta novem in deserto, &
vadit ad illam quæ perierat, do-
nec inveniatur eam? Et cum inve-
nerit eam, imponit in humeros
suos gaudens: & veniens domum
convocat amicos & vicinos, di-
cens illis: Congratulamini mihi,
quia inveni ovem meam quæ per-
ierat. Dico vobis, quod ita gau-
dium erit in cælo super uno pec-
catore pœnitentiam agente, quâ
super nonaginta novem justis,
qui non indigent pœnitentia.
Aut quæ mulier habens drach-
mas decem, si perdiderit drach-
mam unam, nonne accendit lu-
cernam, & everrit domum, &
quærit diligenter, donec inveniatur
eam? Et cum invenerit, convo-
cat amicas & vicinas, dicens: Cō-
gratulamini mihi, quia inveni
drachmam quam perdideram? Ita
dico vobis, gaudium erit coram
Angelis Dei super uno peccatore
pœnitentiam agente. Ait autem:
Homo quidam habuit duos fi-
lios: & dixit adolescentior ex il-
lis patri: Pater, da mihi portio-
nem substantiæ quæ me contin-
git. Et divisit illis substantiam.
Et post non multos dies, congre-

gatis omnibus, adolescentior fi-
lius peregrè profectus est in regio-
nem longinquam, & ibi dissipavit
substantiam suam vivendo
luxuriosè. Et postquam omnia
consummasset, facta est fames va-
lida in regione illa, & ipse cepit
egere. Et abiit, & adhæsit uni ci-
vium regionis illius. Et misit il-
lum in villam suam, ut pasceret
porcos. Et cupiebat implere ven-
trem suum de siliquis, quas porci
manducabant: & nemo illi da-
bat. In se autem reversus, dixit:
Quanti mercenarij in domo pa-
tris mei abundant panibus, ego
autem hic fame pereor! Surgam,
& ibo ad patrem meum, & dicam
ei: Pater, peccavi in cælum, & co-
ram te: jam non sum dignus vo-
cari filius tuus: fac me sicut unum
de mercenariis tuis. Et surgens
venit ad patrem suum. Cum au-
tem adhuc longè esset, vidit il-
lum pater ipsius, & misericordiâ
motus est, & accurrens cecidit su-
per collum ejus, & osculatus est
eum. Dixitque ei filius: Pater,
peccavi in cælum, & coram te:
jam non sum dignus vocari filius
tuus. Dixit autem pater ad ser-
vos suos: Citò, proferte stolam
primam, & induite illum, & date
annulum in manum ejus, & cal-
ceamenta in pedes ejus: & addu-
cite vitulum saginatum, & occi-
dite, & manducemus, & epule-
mur: quia hic filius meus mor-
tuus erat, & revixit; perierat,
& inventus est.

Et ait Jesus: Homo quidam e-

Reverto
proficis-
citur.

Dissipa-
vit bonâ
partem
poreo.

Propensio
redire ad
patrem.

A quâ
misericor-
diter suff-
cipitur.

Proficit
& convia-
tio solen-
ni ex-
hilata
tura.



EPITOME VI-TAE CHRISTI ANN. XXXIII.
3.
 Luc. 16.
Historia divitiu epulonū, & Lazari mendicai.
 Mendicau in sinu Abraham, dives in inferno.
 Nullum refrigerium in inferno.

rat dives, qui induebatur purpurā & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingeabant ulcera ejus. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu ejus: & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris: & in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi:

Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tamquam justi, & aspernabantur ceteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascenderunt in templū ut orarent: unus Pharisæus, & alter Publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Iejuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum levare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suā ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.

Et offerebant illi parvulos, ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret Iesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium est enim regnum Dei. Amen dico vobis: Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.

4.
 Luc. 11.
 Parabola
 Pharisei
 arrogan-
 tu, & hu-
 mili Pub-
 licani.

Oratio
 superbi.

Oratio
 humili-
 ti.

Judicium
 Christi.

5.
 Marc. 11.
 Parvuli
 benedice
 manu
 impo-
 eorum
 nocentia
 in exem-
 plum po-
 nit.

SPITO-
RE VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

Illam ut audivit, surgit citò, & venit ad eum: nondum enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam quia citò surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo, cum venisset ubi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo, ut vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbavit seipsum, & dixit: Ubi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. Et lacrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? Iesus ergo rursus fremens in semetipso, venit ad monumentum: erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror ejus, qui mortuus fuerat: Domine, jam factet, quatruiduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem: Iesus autem elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me, ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui cir-

Collaery-
marus le-
sus.

Iesus so-
la voce
suscitat
Lazarum
à mor-
tuis.

cumstat, dixit: ut credant quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, voce magna clamavit: Lazare veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Solvite eum, & finite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.

Multi
credunt
in eum.

Collegerunt ergo Pontifices & Pharisei concilium, & dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credunt in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Unus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit quòd Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum.

2.
Pharisei
in concilio
decernunt
mori
Iesum
Christum.

Iesus ergo abiit in regionem iuxta desertum, in civitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosoly-

Caiphas
prophetas
ut unus
pro populo
mori
deberet.

3.
Secedit
Iesus.
Quaritur
à Iudæis
in Pascha
et c.

EPITOMAE VERTAE CHRISTI ANN. XXXIV.
 Et Pontificibus et Phariseis mandatum, ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogavit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

CAPUT XVIII.

Benignitas Christi erga peccatores.

1. Iesu rursus mortem suam discipulis prae-dicit.
2. Sanat caecum antequam ingrediatur Iericho.
3. A Zachaeo publicano suscipitur.
4. Egressu à Iericho, duobus caecis visum restituit.
5. Sumit carnam in Bethania, ubi Maria eum alabastro unguenti effuso ungit.

Et ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis, & cõdemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

Eactum est autem, cum appropinquaret Iericho, caecus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cum audiret turbam praeterentem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamavit, dicens: Iesu fili David, miserere mei. Et qui praebant, increpabant eum ut taceret. Ipse verò multò magis clamabat: Fili David miserere mei. Stans autem

Et ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachaeus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse dives; & querebat videre Iesum, quis esset: & nò poterat praeter turba, quia staturâ pusillus erat. Et praecurrens, ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum, & dixit ad eum: Zachae, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zachaeus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquid defraudavi, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim Filius hominis querere & salvum facere, quod perierat.

Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa:

3.
 Zachaeus
 Christus
 e sycomoro
 prospicit.
 Luc. 19.

Inde vocat eum Christus.

Zachaei
 restitutio
 quadrupla.

Salvum
 declarat
 Dominum.

4.
 Duo ca-

Epitoma
VI
TAB
CHRISTI
ANN.
XXXIV.
cos illu-
minat &
Iericho
digressus.
Matt. 20

ecce duo cæci sedentes secus viâ, audierunt quia Iesus transiret: & clamaverunt dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. Et stetit Iesus, & vocavit eos, & ait: Quid vultis ut faciam vobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.

5.
Cena in
domo Si-
monis le-
prosi
Ioan. 12.

Jesus ergo antequam dies pasche venisset Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus quem suscitavit Iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi, & Martha ministrabat; Lazarus verò unus erat ex discumbentibus cum eo. Cùm autem esset in Bethania in domo Simonis leprosi, & recumberet; Maria accessit ad eum habens alabastrum unguenti nardi, pistici, pretiosi, & unxit pedes ejus, & exersit capillis suis, & fracto alabaistro effudit super caput ipsius recubentis, & domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc unguentum non vœniit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non, quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Sciens autem Iesus, dixit: Sine illam: bonum opus operata est in me: pauperes enim semper habetis vo-

Matt. 26
Maria
Magdale-
na ungit
Dominum
nardo.
Mar. 14.
Ioan. 12.
Iudas

Iscario-
tes indi-
gnatur.

Iesu Ma-
ria factum
defendit

biscum, & cùm volueritis, potestis illis benefacere: me autem nō semper habetis. Mittens hæc unguentum hoc in corpus meum, prævenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit Evangelium istud in universo mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam ejus. Cognovit ergo turba multa ex Iudæis, quia Iesus illic est: & venerunt, non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit à mortuis. Cogitaverunt autem principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.

Iudæi
contra
Christum
& Laza-
rum con-
spirant.

CAPUT XIX.

Triumphalis ingressus ad passionem in Ierusalem.

1. Iesu insidens asino venit Ierosolymam.
2. Flet super civitatem, ejusq; ruinam prædicit.
3. Vendentes & ementes eicit e templo.
4. Gentiles ipsam adeunt per Philippum. Vox de celo eum clarificat.

IN crastinum autem, cùm appropinquasset Iesus Ierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliveti, misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castrum, quod contra vos est, & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, super quem nemo adhuc hominum sedit, solvite, & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos.

1.
Venit
Iesus
Ierosolymam
asinum in
sedit.
Ioan. 12.
Matth.
21.

Hoc

MARGARITUM SPIRITUALE.

SPITO-
ME VI-
TAR
CHRISTI
ANN.
XXXIIV.
Adim-
plentur
de hoc
proph-
tia.

Strenit ei
turba ve
stis & ra-
mos pal-
marum.
Luc. 19.
Ioan. 12
Matt. 21
Marc. 11

Osfanna
in excel-
sis.

Luc. 19.

3.
Iesus flet
super ci-
vitatem,
ajnu. rui-

Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta tua, & cum desuper sedere fecerunt. Eunte autem illo, plurima turba quæ venerat ad diem festum, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & straverunt vestimenta sua in via: alii autem cædebant frondes & ramos de arboribus, & sternerant in via. Et cum appropinquaret jam ad descensum montis Oliveti, cœperunt omnes turbæ descendentium, quæ præcedebant & quæ sequebantur, gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus quas viderant virtutibus, & clamabant dicentes: Osfanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israël. Benedictum quod venit regnum patris nostri David. Pax in cælo, gloria in excelsis, Osfanna in altissimis. Et quidam Phariseorum de turbis, dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.

Et ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad

pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem: eò quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ.

Et cum intrasset Ierosolymam, commota est universa civitas, dicens: quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumeto, & suscitavit eum à mortuis. Propterea & obviam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. Et intravit Iesus in templum Dei, & eiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit: & dicit eis, Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanavit eos. Videntes autem Principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hofanna filio David, indignati sunt, & dixerunt ei:

Au-

nam de-
plorat.

3.
Populus
Christum
cōfiteatur,
Pharisei
murmuranti-
bus.
Matt. 21
Ioan. 12

Iesu eji-
cit nego-
tiosos de
templo.
Matt. 21

EPITO-
BA VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.
Respon-
det Phari-
saei indi-
gnanti.
Gm.
4.
Gentiles
rogant
Philippu,
ut eos ad
Iesum
adducat.
Joan. 12.

Non de
caelo Ie-
sum cla-
rificant.

Audis quid isti dicunt? Iesus au-
tem dixit eis: Utrique; numquam
legistis, quia ex ore infantium &
lactentium perfecisti laudem?
Erant autem quidam gentiles,
ex his qui ascenderant ut adora-
rent in die festo. Hi ergo accesserunt
ad Philippum, qui erat à
Bethsaida Galilææ, & rogabant
eum, dicentes: Domine, volumus
Iesum videre. Venit Philippus, &
dicit Andreæ: Andreas rursus
& Philippus dixerunt Iesu. Iesus
autem respondit eis, dicens: Veni
hora, ut clarificetur Filius homi-
nis. Nunc anima mea turbata
est. Et quid dicam? Pater, sal-
vifica me ex hac hora. Sed pro-
pterea veni in horam hanc. Pater,
clarifica nomen tuum. Venit er-
go vox de caelo; Et clarificavi, &
iterum clarificabo. Turba ergo,
quæ stabat & audierat, dicebat
tonitruum esse factum. Alii dice-
bant: Angelus ei locutus est. Re-
spondit Iesus, & dixit: Non pro-
pter me hæc vox venit, sed pro-
pter vos. Nunc iudicium est muni-
di: nunc princeps hujus mundi
ejicietur foras. Et ego si exalta-
tus fuero à terra, omnia traham
ad meipsum. Hoc autem dice-
bat, significans quia morte esset mo-
giturus.

CAPUT XX.

De consummatione sæculi.

- 1. Iesu maledixit ficulneæ.
- 2. Quæ proinde aruisse inventa est.
- 3. Docet in templo, ostenditq. quod sit magi-

mum mandatum, & quod simile manum.
4. Prædicat eversioem templi. Loquitur de
consummatione sæculi.
5. De iudicio finali & generali.

ET cùm jam vespera esset hora,
Abiit foras extra civitatem in
Bethaniam cum duodecim, ibi-
que mansit. Manè autem rever-
tens in civitatem, esuriit. Cum-
que vidisset fici arborem unam se-
cus viam, venit ad eam, si quid
fortè inveniret in ea. Et nihil in-
venit, nisi folia tantùm: non e-
nim erat tempus ficorum. Et ait
illi: Numquam ex te fructus na-
scatur in sempiternum. Et arefa-
cta est continuò ficulnea. Et ve-
niunt Ierosolymam. Et erat do-
cens in templo. Principes au-
tem Sacerdotum, & Scribæ, &
Principes plebis quærebant illū
perdere, & non inveniebant quid
facerent illi. Omnis enim popu-
lus suspensus erat, audiens illum.
Et cùm vespera facta esset, egre-
diebatur de civitate. Et cùm ma-
nè transirent, viderunt ficum ari-
dam factam à radicibus, & mirati
sunt discipuli. Et recordatus Pe-
trus, dixit Iesu: Rabbi, ecce ficus,
cui maledixisti, aruit. Respon-
dens autem Iesus ait eis: Habetis
fidem Dei. Amen dico vobis, quia
si habueritis fidem, & non hæsi-
ta-veritis, omnia quæcumque petie-
ritis in oratione, evenient vobis.
Et veniunt rursus Ierosolymam.

et docente illo populum in
templo, & evangelizante, Phari-
sæi convenerunt in unum: & in-
terrogavit eum unus ex eis Legis
doctor,

1.
Maledi-
ctio ficul-
neæ ste-
rilis.
Marc. 11
Matth. 21

Luc. 19
Iudæi in-
sidiantur
Christo

2.
Ficus ar-
ruit em
maledic-
tione
Domini.
Marc. 11
Matth. 21

Fidei est
fidelitas

3.
Manda-
tum me-
um, Dei dile-
ctio, &

MARGARITUM SPIRITUALE. 93

EPITOME VI-TAE CHRITI. ANN. XXXIV. secundum dilectio proximi. Luc. 20. Matt. 22

doctor, tentans eum : Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet & Prophetæ.

4. Iesus pradicat templi destructionem. Mat. 24.

Et egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderet ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis: Videris hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruat. Sedente autem eo super Montem oliveri, accesserunt ad eum discipuli secretò, dicentes: Dic nobis, quando hæcerunt? & quod signum adventus tui, & consummationis sæculi?

Signa consummationis. Pseudopropheta. Frigus charitativus.

Respondens Iesus, dixit eis: Videte ne quis vos seducat: multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducent. Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseverit usque in finem, hic salvus erit. Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio. Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modò, neque fiet. Et nisi breviati fuissent dies illi, non fuisset salva omnis caro: sed propter e-

Universali prædicatione Evangelii. Tribulatio omnium maxima.

lectos breviabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere: surgent enim pseudochristi & pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur) si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum: & tunc parebit signum Filii hominis in caelo & tunc plangent omnes tribus terræ, & & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & majestate.

Præmonitio contra falsos doctores.

Signum secundum adventum.

Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis: & statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitatis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidi-

5. Iudicium generale. Matt. 25

Sententia pro electis, eorum operibus misericordia.

H mus

HOSPITUM
VI-
TAB
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

Senten-
tia con-
tra repro-
bos, ex
neglectu
operum
miseri-
cordia.

mus esurientem, & pavimus te? sitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex, dicit illis: Amen dico vobis; quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit & his qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam.

CAPVT. XXI.

Pascha & coena ultima Eucharistica.

1. Paciscitur Iudas cum Iudeis.
2. Paratur agnus Paschalis.
3. Comeditur cum Apostolis.
4. Lavat Iesu pedes discipulorum.
5. Instituit sacram Eucharistiam.

6. Prædicit sui traditionem per Iudam.
7. Et abnegationem sui futuram per Petrum.

APPROPINQUABAT autem dies festus azymorum qui dicitur Pascha: & dixit Iesus discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent & occiderent. Timebant vero plebem, & dicebant: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, ut proderet eum illis. Et ait ad illos: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi audientes gavisi sunt, & constituerunt ei triginta argenteos. Et spondit. Et exinde quærebat opportunitatem, quomodo traderet illum sine turbis.

Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et accesserunt discipuli ad Iesum, & dixerunt ei: Quò vis eamus, & paremus tibi comedere pascha? At Iesus misit Petrum & Ioannem, & dixit ad eos: Ite in civitatem ad quemdam. Ecce enim introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicite patrifamilias domus: Dicit tibi magister, Tempus meum pro-

I.
Vendit
Dominus
Iudas Iscariotes.
Luc. 22.
Matth.
26.

Mar 14
Matth.
26.
Luc. 22

2.
Matth.
26.
Mar. 14
Pascha
coena
paratur

Luc. 22
Matth.
26.

MARGARITUM SPIRITUALE: 39

SPITOM-
BER V-
TAB
CHRISTE
ANN.
XXXIV.
LUC. 22.

prope est: ubi est diversorium ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum, & illic parate nobis. Et abierunt discipuli ejus, & venerunt in civitatem, & invenerunt sicut dixerat illis, & fecerunt sicut constituit eis, & paraverunt pascha.

3.
Mar. 14.
Luc. 22.
Mandu-
cat Iesu
Pascha
cum duo-
decim A-
postolu.

Vespere autem facto, venit Jesus cum duodecim. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & dividite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.

4.
Ioan. 13.
Apostolu
pedes la-
vat Iesu

Sciens igitur Iesus quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotæ, sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit; surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus:

Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò; scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus. Si non laverò te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, nò tantum pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eorù, & accepit vestimenta sua: cum recubuiisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister, & Domine, & benedicitis; sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen, amen dico vobis: Non est servus major Domino suo: neque Apostolus major eo, qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.

Petru
stupescit
cum re-
cusat lau-
vari

Exemplu
humili-
tatis &
dilectio-
nis.

Cœnantibus autem illis, accipit Iesus panem, & gratias egit, & benedicens fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem accipiens postquam cœnavit, gratias egit, & de-

5.
Matt. 26
Mar. 14.
Luc. 21.
Perra-
bilis Eu-
charistia
institutio.

SPYTO
DE VI-
TAN
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

dit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis & pro multis effunderetur in remissionem peccatorum.

6.

IOAN. 13.
LUC. 22.
MATT. 26.

Prædicit
ait Iesu
proditionem
Iuda.

Discipuli
inde
anxian-
tur.

LUC. 22.
IOAN. 13.

Christus
indicit
Ioanni
proditionem.

Satan
introiuit
in Iudam

Et protestatus est Iesus, & dixit: Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me. Aspiciebat ergo ad invicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere: Numquid ego sum Domine? At ipse respondens ait: Unus ex duodecim qui intingit mecum manum in paropside, me tradet. Et Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo: verumtamen vae homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Judas qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Et cœperunt discipuli quærere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturum esset. Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuvit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: quis est de quo dicis? Itaque cum recubisset ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam, introiuit in eum satanas. Et dixit ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sci-

vit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, (quia loculos habebat Iudas) quod dixisset ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Vos autem estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedetis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.

Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quod ego vado, vos non potestis venire. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. In hoc cognoscant omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quod vadis? Respondit Iesus: Quod ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Ait autem: Simon, ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire: animam meam pro te ponam.

Respon-

LUC. 21

Regnum
celorum
promittitur.

7.
IOAN. 11
Mandatum
novum do-
vum dilectionis
dat Apo-
stolus.

LUC. 21

Prædicit
Iesu Petro
trinitatem
negationis.
IOAN. 14

LUC. 22

IOAN. 11

SPIRO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.
Matth.
31.

Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec ter me neges. Respondens Petrus ait illi: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter omnes discipuli dixerunt. Et ait illis Iesus: Dico vobis, quod adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est.

LUC. 22.

CAPUT XXII.

Sermo post cenam.

1. Iesu post cenam dulcissimis verbis Apostolos suos consolatur, dilectionem proximorum commendans.
2. Mandatum novum dilectionis.
3. Ardenti oratione discipulos suos Patri commendat.

I.
Ioan. 14
Consolatur Iesus
Apostolos suos.

NON turbetur cor vestrum, vado parare vobis locum. Et si abiero, & praepravero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis. Ego ad Patrem vado: & quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea servate: & ego rogabo Patrem, & alium patetum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. E-

Spiritum
sanctum
palliat
eum.

goviuo, & vos vivetis. In illo die vos cognoscetis: quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Si quis diligit me, sermonem meum servabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones non servat. Haec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclerus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecumque dixerero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet: Audistis quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum: ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: surgite, eamus hinc.

Dilectio
mandatorum
obser-
vantiam
operante

Paraclerus
omnis
veritatis
Doctus.

Dilectio
Christi
perficitur
ex absen-
tia corporali
ipsius

Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego

2.
Ioan. 15
Manda-
tum di-
lectionis
inculca-
tur.
Manen-
dum in
Christo.

EPITOMAE VI-TAE CHRISTI ANN. XXXIV.

ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei praecepta servavi, & maneo in ejus dilectione. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hæc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego precipio vobis. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quæ dixi vobis: Non est servus major dño suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Modicum & jam non videbitis me: & ite-

rum modicum, & videbitis me. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vertetur in gaudium. Nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrũ, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ecce venit hora, & jam venit, ut dispergami unufquique in propria, & me solum relinquantis. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero præcedam vos in Galilæam. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

Hæc locutus est Jesus; & sublevatis oculis in cælum, dixit: Pater, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciã. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum servaverunt. Ego pro eis rogo. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, ut sint unum, sicut & nos. Quos dedisti mihi, custodivi: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, &

Qui diligit, servat mandata.

Fideles non sunt de hoc mundo.

Ioan. 16

Prædictio
Iesu discipulis
de futura
tristitia
& postea
hæc vitam
æternam

Matt. 11

Ioan. 11

3.
Ioan. 11
Dicitur
ma. Cur
si orati
pro discipulis
& omnibus
fidelibus

Eni
delium
en. Chri
stus in
ter se.

EPITOME VI-TAE CHRISTI ANN. XXXIV. & illi sint mecum; ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio, quâ dilexisti me, in in ipsis sit, & ego in ipsis.

CAPUT XXIII.

Agonia in horto.

1. Iesu cum discipulis venit in hortum ubi nonprehendus erat: orat Patrem, sudatq; sanguinem.
2. Iudas dux cohortis osculo tradit Christum.
3. Christus se capi permittit, sed prius solo verbo dejicit adversarios.
4. Petrus amputat auriculam Malchi; increpatur à Christo, Apostoli ceteri se fugiunt.

1. Igitur hymno dicto, egressus Iesus cum discipulis suis, ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum. Et venit cum illis trans torrentem Cedron, in villam quæ dicitur Gethsemani, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli ejus. Et dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Et assumpsit Petrum, & Jacobum, & Joannem, & cepit pavere, & moestus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum. Et avulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, & positus genibus procidit super terram in faciem suam, orans, ut si fieri posset, transfiret ab eo hora, & dixit: Abba, pater, omnia tibi possibilis sunt: si vis, transfer calicem hunc à me: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. **Et cum surre-**

xisset ab oratione, venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes præ tristitia, & ait illis: quid dormitis? Et dicit Petro: Simon dormis? non potuisti una hora vigilare mecum? Surgite, vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et iterum secundo abiit, & oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et reversus venit, & iterum invenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum gravati, & ignorabant quid responderent ei. Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertio, eundem sermonem dicens. Apparuit autem illi Angelus de caelo, confortans eum: & factus in agonia, prolixius orabat. Et factus sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Tunc venit tertio ad discipulos suos, & ait illis: Dormite jam & requiescite: sufficit, ecce appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce qui me tradet, propè est.

Sciebat autem & Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus convenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem, & à Pontificibus & Pharisæis ministros (adhuc Jesu loquente) venit illuc, & cum eo turba multa cum laternis, & gladiis, & fustibus, & armis. Dederat autem signum eis, dicens: Quemcumque osculatus fuerit

Sopor discipulorum.

Matth. 26.

Angelus Christo agonizanti apparuit: Sudor sanguinis.

2. *Joan. 18 Iudas osculum proditorium. Matth. 26 Luc. 22. Mar. 14.*

Tristitia Christi, & trina oratio.

EPITOMAE VI-TAE CHRISTI ANN. XXXIV.

fuero, ipse est tenete eum, & ducite caute: & antecedebat eos. Et statim accedens ad Iesum, dixit: Ave Rabbi: & osculatus est eum. Iesus autem dixit illi: Amice, ad quid venisti? Juda, osculo filium hominis tradis?

3. Ioan. 18. Iesu solo verbo prostermit aduersarios.

Sciens itaque Iesus omnia quae ventura erant super se, processit, & dixit eis: quem quaeritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Judas qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis, Ego sum; abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos: Quem quaeritis? Illi autem dixerunt. Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quaeritis, sinite hos abire: ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam. Tunc accesserunt illi, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.

Permittit se capi.

Matth. 26.

Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam. Tunc accesserunt illi, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.

4. Luc. 22. Petrus auriculam Malchi gladio abscidit. Matth. 26. Ioan. 18.

Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Simon ergo Petrus, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens servum Principis Sacerdotum, amputavit illi auriculam dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. Respondens autem Iesus, ait: Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanavit eum. Et dixit Petro: Converte gladium tuum in vaginam. Om-

Incipitur Petrus: & sanatur Malchus. Matth. 26.

nes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum? an putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum? quomodo ergo implebuntur Scripturae, quia sic oportet fieri? Et ait turbis, & ad eos qui venerant ad se, Principes Sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me. Quotidie eram apud vos, & sedebam in templo docens, & non metenuistis: sed haec est hora vestra, & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturae Prophetarum. Tunc discipuli ejus omnes, relicto eo, fugerunt. Adolescentem quidam sequebatur eum amictus sindone, super nudo, & tenuerunt eum. At ille, rejecta sindone, nudus profugit ab eis.

Luc. 22. Iesu dicit eiter ex prabra aduersarios.

Fugit discipulus & adolescentem sindone abiecit. Marc. 14.

CAPUT XXIV.

Iesus examini impiorum traditus.

- 1. Iesu ad Annam ducitur: a lapam a servo Pontificis accipit. Petrus ter negat.
- 2. Iesu condemnatur & illudatur in domo Caiphae.
- 3. In concilio Iudaorum denud exagitur, & inde ad Pilatum rapitur.
- 4. Iudas seipsum suspendit. Ager figuli, sive Hacedama.
- 5. Iesu adductus ad Pilatum in Praetorium, coram eo accusatus tacet, & innocens declaratur.
- 6. Mittitur ad Herodem, & inde remittitur ad Pilatum.

COHORS

MARGARITUM SPIRITUALE. 61

BRITO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

I.
Vexatio
Christi
in domo
Annae.
Caipha
cōsiliū.
Petrus &
alius dis-
cipulus
sequun-
tur Chri-
stum.
Petri pri-
ma nega-
tio.

Exami-
natio
Iesu à Pen-
tificis.

Alapa.

COHORs autem, & tribunus, & ministri Judæorum ligaverunt Jesum, & adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim forcer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius; Erat autem Caiphæ, qui consilium dederat Judæis, Quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Iesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Nūquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Nō sum. Stabant autem servi & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se. Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis suis, & de doctrina ejus. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo; ego semper docui in synagoga, & in templo, quod omnes ludæi conveniunt; & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes Pontifici? Respondit ei Iesus: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cædis? Et misit eum An-

nas ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Numquid & tu ex discipulis ejus es? Negavit ille, & dixit: Non sum. Dicit ei unus ex servis Pontificis, cognatus ejus cujus abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit Petrus: & statim gallus cantavit. Et conversus Dominus, respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia prius quàm gallus cantes, ter me negabis. Et egressus foras Petrus flevit amarè.

Et adduxerunt Iesum ad Caipham summum sacerdotem, ubi Scribæ & seniores convenerant. Quærebant autem falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent, & non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissimè autem venerunt duo falsi testes, dicentes: Quoniam nos audivimus eum dicentem: Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. Et non erat conveniens testimonium illorum. Et exurgens Princeps Sacerdotum in medium, interrogavit Iesum, dicens: Nihil respondes ad ea quæ isti adversum te testificantur? Iesus autem tacebat, & nihil respondit. Et rursus Princeps Sacerdotum interrogabat eum, & dixit ei: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus.

Misus
ad Cai-
phas

Alia
& certis
Petri ne-
gatio.

Gallus
cantat.
Luc. 22.

Pontifex
interrogat
Petrum.

2.
Matt. 26
Vexatio
in domo
Caipha.

Falsi tes-
tes.
Mar. 14.
Matt. 26

Adjuratio
Pontificis
Iesum.

3. *Luc. 22. Iteratum suamen in concilio Iudeorum.*
 ftus Filius Dei. Iesus autem dixit illi: Tu dixisti, ego sum. Verumtamen dico vobis: A modò videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Tunc Princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit: quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi omnes condemnauerunt eum, & respondentes dixerunt: Reus est mortis. Et viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. Et cœperunt conspuere in eum, & velare faciem ejus, & colaphis eum cedere. Alii autem palmas in faciem ejus dederunt, & interrogabant eum, dicens: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes, dicebant in eum.

*Luc. 22.
 Mar. 14.
 Mat. 26.*

Confunditur, & colaphis eaditur, & velatur.

3. Et ut factus est dies, confestim convenerunt, & consilium iniierunt omnes Principes Sacerdotum, & seniores populi, & Scribæ adversum Iesum, ut eum morti traderent, & duxerunt illum in concilium suum, dicens: Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixerò, non credetis mihi: si autem & interrogavero, respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivi-

Clava Christi professo.

*Iterum à Iudæis damnatur.
 Mat. 27.*

mus de ore ejus. Et surgens omnis multitudo eorum, vinctum adduxerunt Iesum, & tradiderunt Pontio Pilato Præsidi.

Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentiâ ductus, retulit triginta agenteos Principibus Sacerdotum & senioribus, dicens: Peccavi, tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et projectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis dixerunt: Non licet eis mittere in carbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Hacedama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Israël, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.

Adducunt ergo Iesum à Caïpha in prætorium. Erat autem manè: & ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pi-

4. Inutilis pœnitentia Iudæ.

Sufficit dicitur.

Emittit pretia Christi vendit ager figulis.

5. Ioan. 18. Iesu ad prætorium adducto Pilatus stans.

MARGARITUM SPIRITUALE. 63

EPITO- ME VI- TA H OURI- STI ANN. XXXIV. Pilatus: Accipite eum, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerant ergo ei Judaei: Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo Iesu impleretur, quem dixit, significans quia morte esset

Luc. 23. Accusatur seditionu. moriturus. Coeperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Caesari, & dicentem se Christum Regem esse. Introivit ergo iterum in praetorium Pilatus, & vocavit Iesum. Iesus autem stetit ante Praesidem: & interrogavit eum Praeses, & dixit illi: Tu es Rex Iudaeorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus: Numquid ego Iudaeus sum? Gens tua, & Pontifices traderunt de mihi: quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ut non traderet Iudaeis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Iudaeos, & dicit eis: Nihil invenio causae in hoc homine. Accusabant autem eum summi Sacerdotes in multis: & cum accu-

saretur, nihil respondit. Tunc Pilatus rursus interrogavit eum, dicens: Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? non respondes quidquam? Iesus autem amplius non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Praeses vehementer. At illi invalescebant dicentes: Commovet populum, docens per universam Iudaeam, incipiens a Galilaea usque huc.

Pilatus autem audiens Galilaeam, interrogavit si homo Galilaeus esset. Et ut cognovit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu, gavisus est valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eod quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil respondebat. Stabant autem Principes Sacerdotum & Scribae constanter accusantes eum. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illisit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad invicem.

CAPUT XXV.

Iesus a Pilato damnatur.

1. Iesu ad mortem postulatur, frustra veniente Pilato, & ipsius uxore.
2. Flagellatur, & spinis coronatur.
3. Ecce homo. Clamores Iudaeorum contra Iesum.
4. Morti adjudicatus, voluntati Iudaeorum traditur, ut cruci affigatur.

I 2 P I L A -

Luc. 23.
Marc. 15.

Christi
tacet.

Luc. 23.

6.
Mittitur
Iesus ad
Herodem.

Remitti-
tur ab
Herode
ad Pila-
tum.

Pilatus
Christum
exami-
na.
Ioan. 18.
Mat. 27.
Ioan. 18.

Qui se
Regem
faceret,
sed non
de hoc
mundo.

Christum
veritatis
sestus.

Pilatus
Christum
innocen-
tem pro-
buntiat.

PILATŪS autem convocatis Principibus Sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem quasi avertentem populum,

& ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam invenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis, sed neque Herodes.

Nam remisisti vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Per diem autem solemnem consueverat Præses populo dimittere unum ex vinctis, quem-

cumque petissent: habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis, & dixit:

Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum summi Sacerdotes. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi & justo illi: Multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem Sacerdotum, & seniores persuaserunt populis, ut magis peterent Barabbam, Iesum verò perderent. Respondens autem Præses, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi simul omnes clamaverunt:

Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum: Quid igitur vultis

faciam de Iesu, qui dicitur Christus? At illi succlamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis invenio in eo, corripiam ergo illum, & dimittam. At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.

Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellavit. Et milites Præsidis, suscipientes Iesum, duxerunt in atrium prætorij, & congregaverunt ad eum universam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei: & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Iudæorum. Et acceperunt arundinem, & percuriebant caput ejus, & conspuiebant eum, & dabant ei alapas.

Exiit iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam invenio in eo causam. (Exiit ergo Iesus, portans coronam spineam, & purpureum vestimentum.) & dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite; ego enim non inveno in eo causam. Responderunt ei Judæi: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit.

Cum

Epist.
Mat. VI.
Christi
ANN.
XXXIV.

I.
Luc. 23.
Postulat
Iudæi
Christum
ad mor-
tam.

Pilatus
Iesu est
innocen-
tia Chri-
sti.
Mat. 27.
Mar. 15.
Cupis
eum di-
mittere.

Uxor Pi-
lasi sol-
licita de
Christo.

Iudæi
Barabbam
proponit
Christo.

Christum
postulant
ad cru-
cem.

2.
Ioan. 19.
Mat. 27.
Mar. 15.
Christum
flagella-
tur.

Corona-
tur spinis

3.
Ioan. 19.
Ecce ho-
mo.

Postula-
tur iter-
rum ad
crucem.

SPITO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.
Non re-
ponder
Pilato.

Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est praetorium iterum, & dixit ad Iesum: Unde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. Et exinde quaerebat Pilatus dimittere eum. Iudaei autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris: omnis enim qui se Regem facit, contradicit Caesari.

Iudaei
serrent
Pilatum
rationibus
Politi-
cibus.

4.
Ioan. 19
Iterum
postula-
tur Chri-
stus ad
crucem.

LUC. 23.

Ioan. 19.

Iudaei
negant
Christum
Regem
suum.
Mat. 27.
Pilatus
manuum
abluit.

Pilatus autem cum audisset hos sermones, adducit foras Iesum, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. Erat autem parasceve Paschae, hora quasi sexta, & dicit Iudaeis: Ecce Rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Et instabant vocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur, & inualescebant voces eorum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Respondērunt Pontifices: Non habemus Regem, nisi Caesarem. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis

eius super nos, & super filios nostros. Tunc Pilatus volens populo satisfacere, adjudicavit fieri petitionem eorum. Dimisit ergo illis Barabbam, qui propter homicidium & seditionem missus erat in carcerem: Iesum vero tradidit voluntati eorum, ut crucifigeretur.

Mat. 27
Tradit
tamen
Christum
voluntati
Iudaeorum.

CAPUT XXVI.

Iesu Christi crucifixio in Calvariae monte. Septem ultima verba. Mors. Sepultura.

1. Iesu crucem bajulans ad Calvariam ducitur & crucifigitur cum duobus latronibus. Ora pro crucifixoribus.
2. Titulus Crucis a Pilato conscriptus.
3. Milites dividunt vestimenta Christi: alii crucifixum blasphemant.
4. Iesu latroni paradisum promittit.
5. Compassio Filii & Matris.
6. Emitit spiritum cum clamore valido. Sol obscuratur.
7. Signa in morte Christi: confessio Centurionis, & compassio turbae.
8. Lancea vulneratur & aperitur latus Christi: sicut aqua & sanguis.
9. Sepelitur a Ioseph ab Arimathaea, & aromatibus conditur.
10. Custodia militum sepulchro apponitur.

SUSCEPERUNT autem Iesum, & sexuerunt eum chlamyde, & induerunt vestimentis ejus, & eduxerunt eum, ut crucifigerent. Et bajulans sibi crucem, exivit in eum qui dicitur Calvariae locum, Hebraice Golgatha. Et cum ducerent eum, invenerunt & apprehenderunt hominem Cyrenaeum, nomine Simonem, venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi: hunc angariaverunt, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur autem illum

1.
Ioan. 19
Mat. 27.
Iesus
crucem
suam bajulans ad
Calvariae
locum.
Luc. 23.
Simon Cyrenaeus
bajulans
eam post
eum.
Mar. 15.
Luc. 25. v

SPITO-
ME VI-
TAB
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

Consola-
tur Iesus
mulieres
plorantes

Ioan. 19
Vinum
myrrha-
rum felle
mixtum
bibit.

Crucifi-
gitur in-
ter atro-
nes.

Orat pro
inimicis.

VERBUM

1.

2.

Ioan. 19
Titulum
signum.

multa turba populi, & mulierum
quæ plangebant & lamentaban-
tur eum. Conversus autem ad il-
las Iesus, dixit, Filiæ Ierusalem,
nolite flere super me, sed su-
per vos ipsas flere, & super fi-
lios vestros: [quonia mece veni-
ent dies, in quibus dicent: Bea-
tæ steriles & ventres qui non ge-
nuerunt, & ubera quæ non lacta-
verunt. Tunc incipient dicere
montibus, Cadite super nos, &
collibus, Operite nos. Quia si in
viridi ligno hæc faciunt, in arido
quid fiet? Ducebantur autem &
alii duo nequam cum eo, ut inter-
ficerentur, & venerunt in locum
Calvariæ. Et dederunt ei vinum
myrrhatum bibere, cum felle mi-
xtum: & cum gustasset, noluit bi-
bere. Et ibi crucifixerunt eum,
& cum eo duos latrones, unum à
dextris, & alterum à sinistris ejus,
medium autem Iesum. Et imple-
ta est Scriptura, quæ dicit: Et cum
iniquis reputatus est. Iesus au-
tem dicebat: Pater dimitte illis,
non enim sciunt quid faciunt.

Scripsit autem & titulum cau-
sæ ejus Pilatus, & posuit super
crucem supra caput ejus. Erat au-
tem scriptum: Iesus Nazarenus,
Rex Iudæorum. Hunc ergo ti-
tulum multi Iudæorum legerunt,
quia prope civitatem erat locus
ubi crucifixus est Iesus. Et erat
scriptum Hebraicè, Græcè, & La-
tinè. Dicebant ergo Pilato Pon-
tifices Iudæorum: Noli scribere
Rex Iudæorum; sed quia ipse di-
xit, Rex sum Iudæorum. Re-
spondit Pilatus: Quod scripsi,
scripsi.

Milites ergo cum crucifixissent
eum, acceperunt vestimenta ejus
(& fecerunt quatuor partes, uni-
cuique militi partem) & tunicam.
Erat autem tunica inconsutilis,
desuper contexta per totum. Di-
xerunt ergo ad invicem: Nō scin-
damus eam, sed sortiamur de il-
la cuius sit. Ut impleretur quod
dictum est per Prophetam dicen-
tem: Partiti sunt vestimenta mea
sibi, & in vestem meam miserunt
sortem. Et milites quidem hæc
fecerunt, & sedentes servabant
eum. Et stabat populus spectans.
Prætereuntes autem blasphema-
bant eum moventes capita sua, &
dicentes: Vah qui destruis tem-
plum Dei, & in tribus diebus il-
lud reedificas. salvum fac temet-
ipsum: si Filius Dei es, descende
de cruce. Similiter & Principes
Sacerdotum illudentes, ad alter-
utrum cum Scribis & senioribus
dicebant: Alios salvos fecit, se-
ipsum non potest salvum facere.
Si Christus Rex Israel est, descen-
dat nunc de cruce, ut videamus
& credamus. Confidit in Deo, li-
beret nunc eum si vult. Dixit e-
nim: quia Filius Dei sum. Illu-
debant autem ei & milites acce-
dentes, & dicentes: Si tu es Rex
Iudæorum, salvum te fac.

Vnus etiam de his qui pende-
bant latronibus, blasphemabat
eum dicens: Si tu es Christus,
salvum fac te ipsum, & nos.
Respondens autem alter incre-
pabat eum, dicens: Neque tu ti-
mes Deum, quod in eadem dam-
natio-

3.
Milites
vestes
Christi
dividit
tunicam
inconsu-
tilem su-
te parti-
untur.

Luc. 23.
Mat. 27.
Blaspho-
mant
Christum
prætere-
untes; &
Principes
Sacerdo-
tum.

Mat. 27.
Mat. 27.

Luc. 23.
Milites
etiam.

4.
Luc. 23.
Latrones
in initio
blaspho-
mant

SPITIO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.
Vnu tam-
men post
in ipsum
credidit.
V. II.

natione es? Et nos quidem iuste,
nam digna factis recipimus; hic
verò nihil mali gessit: Et dicebat
ad Iesum: Domine, memento
mei, cum veneris in regnum tuum.
Et dixit illi Iesus: Amen dico ti-
bi, hodie mecum eris in paradiso.

VERBUM
XII.

Stabant autem iuxta crucem
5. Iesu, mater eius, & soror matris
Ioa. 19
Compa-
sio matris
& filii.

eius Maria Cleophae, & Maria
Magdalene. Cum vidisset ergo Ie-
sus matrem, & discipulumitan-
tem quem diligebat, dicit matri
suae: Mulier, ecce filius tuus. De-
inde dicit discipulo: Ecce mater
tua. Et ex illa hora accepit eam
discipulus in sua.

VERBUM
XIII.

5. A sexta autem hora tenebrae fa-
ctae sunt super universam terram,
Luc. 23
Prodigiu
solu ob-
scurat
in morte
Christi.

et usque ad horam nonam: & obscu-
ratus est sol. Et circa horam non-
nam clamavit Iesus voce magna,
dicens: Eli, Eli, lama sabachtha-
ni! quod est interpretatum, Deus
meus, Deus meus, ut quid dereli-
quisti me! Quidam autem illic
stantes & audientes, dicebant:
Ecce Eliam vocat iste. Postea
sciens Iesus quia jam omnia con-
summata sunt, ut consummaretur
Scriptura, dicit: Sitio. Vas er-
go erat positum aceto plenum. Et
continuò currens unus ex eis, ac-
ceptam spongiam implevit aceto,
& imposuit arundini, & dabat
ei bibere. Ceteri verò dicebant:
Sine, an veniat Elias liberans
eum. Cum ergo accepisset Iesus
acerum, dixit: Consummatum
est. Et clamans voce magna, ait:
Pater, in manus tuas, commendo

VERBUM
IV.

Tenebrae
Eclipsis
solis.
Mar. 15.
Clamor
Domini
in cruce.

spiritum meum. Et hæc dicens,
inclinato capite, emisit spiritum.

VERBUM
V.

Ioan. 19
Situs ace-
rum.
Mat. 27.

Et ecce velum templi scissum
est à summo usque deorsum, &
terra mota est, & petrae scissae
sunt, & monumenta aperta sunt,
& multa corpora sanctorum, qui
dormierant, surrexerunt. Et exe-
untes de monumentis post resur-
rectionem eius, venerunt in san-
ctam civitatem, & apparuerunt
multis. Videns autem Centurio
qui ex adverso stabat quod factum
fuerat, quia sic clamans expiraf-
set, glorificavit Deum, dicens: Ve-
rè hic homo iustus erat, verè Fi-
lius Dei erat. Et qui cum eo erant
custodientes Iesum, viso terræ
motu, & his quæ fiebant, timue-
runt valde, dicentes: Verè Filius
Dei erat iste. Et omnis turba eo-
rum qui simul aderant ad specta-
culum istud, & videbant quæ fie-
bant, percutientes pectora sua, re-
vertebantur. Stabant autem om-
nes noti eius à longè, & mulieres
multae quæ securae erant Iesum, à
Galilæa ministrantes ei: inter
quas erat Maria Magdalene, &
Maria Jacobi minoris, & Ioseph
mater, & Salome, quæ simul cum
eo ascenderant Ierololymam.

VERBUM
VI.

Luc. 23
VERBUM
XII.

Iudæi ergo, quoniam parasce-
ve erat, ut non remaneret in cru-
ce corpora sabbato, (erat enim
magnus dies ille sabbati) roga-
verunt Pilatum, ut frangerentur
eorum crura, & tollerentur. Ven-
erunt ergo milites, & primi qui-
dem fregerunt crura, & alterius
qui crucifixus est cum eo. Ad Ie-
sum

VERBUM
VII.

Mat. 27
VERBUM
XIII.

sum

Clamans
maritur.

7.
Mat. 27.
Alia pro-
digi.
Velum
templi
scinditur.

Resurgit
multis.

Marc. 15
Confessio
Centuri-
onis.

Mat. 27.

Computo-
tio &
compassio
turbae.
Luc. 23.

Insuper
familia-
rium, &
mulierum
devota-
rum.
Mar. 15.

8.
Ioan. 19
Frangun-
tur latro-
num crura,
non
autem
Christi.

30
ites
er
iffi
idit)
icam
m su
arhu
ur.
21.
t. 27.
pht.
nt
iffum
ere.
er; &
ncipi
erda.
r. 15.
t. 27.
21.
ices
u.
4.
23.
ones
niti
liba-
t.

APIT6
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

Aperitur
latus lan-
cea, exit
sanguis,
& aqua.

sum autem cum venissent, viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura: sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis, & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus. Et ille scit quia vera dicit, ut & vos credatis: facta sunt enim hæc ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.

9.

Mar. 15.
Mat. 27.
Luc. 23.
Ioan. 19
Ioseph ab
Arima-
thæa pe-
sit corpus
Iesu ad
sepelien-
dum.

Postea autem cum jam serò esset factum (quia erat parasceve, quod est ante Sabbatum) ecce venit homo quidam dives ab Arimathæa civitate Iudææ, nomine Ioseph, nobilis decurio, vir bonus & justus, qui & ipse discipulus erat Iesu, & non consenserat consilio & actibus eorum, & expectabat regnum Dei. Hic audacter introivit ad Pilatum, & petiit ut tolleretur corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si jam obiisset. Et accersito Centurione, interrogavit eum si jam mortuus esset: & cum cognovisset, donavit corpus Ioseph, & iussit reddi. Ioseph autem mercatus sindonem, venit, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & involverunt in sindone munda, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum novum,

Quid sit
ipsum
aromati-
bus iuxta
se Nico-
demus.

Sepelien-
tium in
monu-
mento
novo.

quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter Parasceven Iudæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Iesum. Et advolverunt saxum magnum ad ostium monumenti, & abierunt. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. Subsecutæ autem & aliæ mulieres viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus ejus. Et revertentes paraverunt aromata & unguenta.

Mulier
locum
notant

Altera autem die, quæ est post Parasceven, convenerunt Principes sacerdotum & Pharisei ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne fortè veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis: & erit novissimus error peior priore. Ait eis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrū: signantes lapidem cum custodibus. Et mulieres sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

TO.
Mar. 27.
Iudæi
postulant
ut sepul-
chrum à
militibus
custodiat-
ur.

Custodi-
tur.
Luc. 24

CAPUT XXVII.

Resurrectio gloriosa. Christus apparet mulieribus.

1. Sanctæ mulieres in die Dominica resurrectionis mane veniunt ad monumentum, & Angelos vident.
2. Petrus & Ioannes currunt ad sepulchrum, & intrant.

3. Magda-

MARGARITUM SPIRITUALE. 69

PRIMO- 3. Magdalena ad sepulchrum perseveranti ap-
 ME VI- parei Christus, & ab ea agnoscitur.
 TAB 4. Item ei & aliis mulieribus sese videndum
 CHRITI. offert.
 ANN. 5. Etiam ipsi custodes annuntiant resurrectionem.
 XXXIV.

1. PRIMA autem sabbati valde di-
 LUC. 24. pluculo venerunt ad monu-
 Mar. 16. mentum, portantes quæ parave-
 Matth. rant aromata, ut ungerent Iesum.
 28. Et ecce terræ motus factus est ma-
 Mar. 16. gnus. Et dicebant ad invicem:
 Mulieres devota veniunt ad sepulchrum.

Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Angelus enim Domini descendit de cælo, & accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis. Non est hic, surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum ubi positus erat Dominus. Et citò euntes, dicite discipulis ejus & Petro, quia surrexit: & ecce præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Et illæ ingressæ, non invenerunt corpus Domini Iesu. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viventem cum mortuis? non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter

Matth. 28. Angelus revolvit lapidem.
 Mulieribus resurrectionis Christi nuntiat.
 Mar. 16. Matth. 28.

Luc. 24. Duo alii Angeli.

Mat. 28. Angelus revolvit lapidem.

Luc. 24. Duo alii Angeli.

Luc. 24. Duo alii Angeli.

locutus est vobis cum adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt verborum ejus, & exierunt citò de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nuntiare discipulis ejus. Erat autem Maria Magdalene, & Joanna, & Maria Jacobi, & ceteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis.

Petrus autem surgens, & alius discipulus quem amabat Iesus, venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introivit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introivit in monumentum, & procumbens vidit linteamina sola posita, & sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum. Tunc ergo introivit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum, & vidit & credidit: nò dum enim sciebant Scripturam, quia oportet eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.

Mat. 28. Petrus & Joannes properant ad sepulchrum.
 Intrae Petrus.
 Intrae Joannes.

Mat. 28. Petrus & Joannes properant ad sepulchrum.
 Intrae Petrus.
 Intrae Joannes.

Mat. 28. Petrus & Joannes properant ad sepulchrum.
 Intrae Petrus.
 Intrae Joannes.

Mat. 28. Luc. 24. Mulieres sanctæ annuntiant discipulis.

Ioan. 20. Petrus & Joannes properant ad sepulchrum.

Intrae Petrus.

Intrae Joannes.

Credunt resurrectione.

Magdalena foris ad sepulchrum.

K in

EPHRA-
IM VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.
Abraham,
frater &
perseve-
ravit.

Apparet
ei Domi-
nus.
Colloqui-
um cum
Domino.

Agnovit
Dominum
Iesum ex
visu.

4.
Mat. 28.
Ierusalem
apparet
Magda-
lenae &
aliis mu-
lieribus.

Mar. 16.
Joan. 20

5.
Mat. 28.
Custodes
sepulchri

in monumentum, & vidit duos
Angelos in albis sedentes unum
ad caput, & unum ad pedes, ubi
positum fuerat corpus Iesu. Di-
cunt ei illi: Mulier, quid ploras?
Dicit eis: Quia tulerunt Dñm
meum, & nescio ubi posuerunt
eum. Hæc cum dixisset, conversa
est retrorsum, & vidit Iesum stantem,
& nō sciebat quia Iesus est. Dicit
ei Iesus: Mulier, quid ploras? quæ
quæris? Illa existimans quia hor-
tulanus esset, dicit ei: Domine, si
sustulisti eum, dicito mihi, ubi po-
suisi eum, & ego eum tollam. Di-
cit ei Iesus: Maria. Conversa il-
la dicit ei: Rabboni, quod dicitur
Magister. Dicit ei Iesus: Noli me
tangere, nondum enim ascendi
ad Patrem meum. Vade autem
ad fratres meos, & dice eis: Af-
cendo ad Patrem meum, & Pa-
trem vestrum, Deum meum, &
Deum vestrum.

Venit Maria Madgalene cum
aliis mulieribus: & ecce Iesus oc-
currit illis dicens: Ave. Illæ au-
tem acceperunt, & tenuerunt pe-
des ejus, & adoraverunt eum.
Tunc ait illis Iesus: Nolite time-
re, ite, nuntiate fratribus meis, ut
eant in Galilæam, ibi me vide-
bunt. Surgens ergo Iesus manẽ
prima sabbati, apparuit primò
Magdalene: quæ vadens nun-
tiavit discipulis lugentibus &
flentibus: Quia vidi Dominum,
& hæc dixit mihi.

Ecce autem quidam de custo-
dibus venerunt in civitatem, &
nuntiaverunt Principibus Sacer-

dotum omnia quæ facta fuerant.
& congregati cum senioribus,
consilio accepto, pecuniam co-
piosam dederunt militibus, di-
centes: Dicite quia discipuli ejus
nocte venerunt, & furati sunt no-
bis dormientibus. Et si hoc au-
ditum fuerit à Præside, nos sua-
debimus ei, & securos vos facie-
mus. At illi acceptâ pecuniâ, fe-
cerunt sicut erant edocti. Et di-
vulgatum est verbum istud apud
Judæos, usque in hodiernum
diem.

CAPUT XXVIII.

Apparitiones factæ discipulis.

1. Iesu in die resurrectionis apparet duobus discipulis euntibus in Emmaus: item Petro.
2. Apparet discipulâ, janua clausa ad eos ingressum.
3. Rursum post dies octo, præsentè Thoma, venit ad eos.
4. Signa Iesu Christi quæ fecit, non extant scripta in libro Evangelicâ.

Duo autem ex discipulis Iesu
ibant ipsa die in castellum,
quod erat in spatio stadiorum se-
xaginta ab Ierusalem, nomine
Emmaus. Et ipsi loquebantur ad
invicem de his omnibus quæ ac-
ciderunt. Et factum est, dum fa-
bularentur, & secum quærerent,
& ipse Iesus appropinquans ibat
cum illis: oculi autem illorum
tenebantur, ne eum agnoscerent.
Et ait ad illos: Qui sunt hi ser-
mones, quos confertis ad invi-
cem ambulantes, & estis tristes?
Et respondens unus, cui nomen
Cleophas, dixit ei: Tu solus pere-
grinus es in Ierusalem, & non co-

gno-

annun-
tiant re-
surrexi-
onem.

Pecunia
corrum-
puitur.

1.
Luc. 24
Appar-
it Iesu du-
bus disci-
pulis &
senibus
in Em-
maus.

REPTO
ME VI-
TAB
CHRISTI
ANN.
XXXIV.
Sanctum
colloquium
de Christi
passione
& morte.

gnovisti quæ facta sunt in illa his diebus? quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Jesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone, coram Deo & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi Sacerdotes & Principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum: nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israël: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos: quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non invento corpore ejus, venerunt, dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita invenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non invenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ locuti sunt Propheta: Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moysè & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquaverunt castello quod ibant, & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Manene nobiscum, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies. Et intravit cum illis. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti

sunt oculi eorum, & cognoverunt eum: & ipse evanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad invicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Ierusalem, & invenerunt congregatos undecim; & eos qui cum illis erant, dicentes: Quod surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

Cùm autè hæc loquerentur, & serò esset die illo, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum; venit Iesus, & stetit in medio eorum, & dicit eis, pax vobis, ego sum, nolite timere. Conturbati verò, conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videre, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes & latus. Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & favum mellis. Et cùm manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit iterum, Pax vobis.

Apparuit etiam Petrus

2.
Ioan. 20
Ingrreditur ad undecim discipulos Januam clausam.
Luc. 24

Ostendit se non esse spiritum

Ioan. 20
Luc. 24

Manducavit cum illis.

Ascensio admirabilis.

EPITO- Sicut misit me Pater, & ego mitto
MA VI- vos. Hoc cum dixisset, insuffla-
TAE vit, & dixit eis: Accipite Spiritum
CHRISTI sanctum; quorum remisisti
ANN. peccata, remittuntur eis: &
XXXIV. quorum retinueritis, retenta sunt.

Ioan. 20
Dat illi
Spiritu
sanctum.

3. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli ejus intus, & Thomas cum eis.

*Christus
apparet
Thoma,
qui tunc
vulnera
credidit.*

Venit Iesus januis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomae: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & adfer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me, Thomas, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

4.
*Innume-
ra Christi
miracu-
la.*

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc. Haec autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei, & ut credentes, vitam habeatis in nomine ejus.

1. Iesu apparet discipulis ad mare Tiberiadis, Petrus Pastor ovium a Christo ponitur.
2. Deinde apparet Christus in monte Galilaea.
3. Promittit etiam eis Spiritum sanctum, summum, docet Scripturarum.
4. Et ascendit in caelum coram ipsis.

POSTEA manifestavit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic: Erant simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Dydimus, & Nathanael, qui erat a Cana Galilaeae, & filii Zebedaei, & alii ex discipulis ejus duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in navim: & illa nocte nihil prederunt. Mane autem facto stetit Iesus in littore: non tamen cognoverunt discipuli, quia Iesus est. Dixit ergo eis Iesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram navigii rete, & invenietis. Miserunt ergo, & jam non valebant illud trahere praemultitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunicam succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem super-

Ioan. 11
Discipu-
lu in ma-
ri pisci-
turu ap-
paret Ie-
su.

*Capiunt
ejus jussu
ingenitam
multitudinem
piscium.*

*Petrus
ambulat
in mari.*

VI-
TAH
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

positum, & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes quia Dominus est, Et venit Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter. Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? & dixit ei: Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas. Amen, amen dico tibi, cum esses junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod tu non vis. Hoc autem dixit, significans quâ morte clarificaturus esset Deum.

Manducatur cum eis Christus.

Trina interrogatio ad Petrum: & trina iussu pasce agnos meos.

Predicatio Petro mortis genus.

2. Matth. 28. Apparet discipulo Iesu in monte Galilæa.

Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo in mundum universum, docete omnes gentes, & prædicare Evangelium omni creaturæ baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis. Etece ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.

Mittis eos prædicatum in universum orbem. Mar. 16. Matth. 28.

Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moyli, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. Vos autem testes estis horum. Et ego mitto promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in civitate, quoad usque induamini virtute ex alto.

3. Luc. 24. Aperit illi sensum scripturarum.

Promittit illis Spiritum sanctum.

Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & postquam locutus est eis, elevatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum, & seder à dextris Dei. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum,

4. Benedicens discipulis, in cælum ascendit. Luc. 24. Mar. 16.



EPITO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXIV.
IOAN. 21

Deum. Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus: quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

Hanc Epitomen Vitae Christi in compendium longè brevius redegit Blofius in Articulis xxvi. quos sub finem hujus Margariti Spiritualis pius Lector inveniet.

CAPIT XXX.

APPENDIX EX
ACTIS APOSTOLO-
RUM.

Continens ascensum Domini IESU
in caelum, & descensum Spiritus
sancti in discipulos.

1. Christus per quadraginta dies post resurrectionem apparet discipulis, docetq; eos, quae sunt de regno Dei.
2. Ascensio Christi: post quam Apostoli manent in Ierusalem.
3. Eligitur sortibus Matthias loco Iudae proditoris in Apostolum.
4. Adventus Spiritus sancti: Concio prima Petri, & conversio multorum ad fidem.

1.
Act. 1.
Conver-
satur Ie-
su cum
suis 40.
dies post
resurre-
ctionem.

JESUS praebuit discipulis suis seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et convivens, praecipis eis, ab Ierolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris: Quam audistis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies. Igitur qui convenerant, interrogabant eum dicentes: Domine, hi in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora

Colloquia
de futu-
ro regno
Dei.

vel momenta, quae Pater posuie in sua potestate; sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudaea, & Samaria, & usque ad ultimum terrae.

Et cum haec dixisset, videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in caelum euntem illum, ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilaei, quid statis aspicientes in caelum? hic Iesus, qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Tunc reversi sunt Ierolymam a monte qui vocatur Oliveti, qui est juxta Ierusalem, sabbati habens iter. Et cum introissent, in coenaculum ascenderunt ubi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomaeus & Matthaeus, Iacobus Alphaei, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi: hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus ejus.

In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit, (erat autem turba hominum simul ferè centum viginti.) Viri fratres, oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Iesus, incipiens a baptismo Joannis usque in diem qua

2.
Ascensio
Christi
in caelum

3.
Piscus de
caelorum

Manent
Apostoli
in oratione

3.
Matthias
eligitur
Apostolus
loco Iudae
proditoris

MARGARITUM SPIRITUALE. 79

SPITO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Barfabas, qui cognominatus est Justus, & Matthiam. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nostri omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii hujus & Apostolatus, de quo prævaricatus est Judas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit fors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis.

4.
Act. 2.
Spiritus
sanctus
in ignem
descen-
dit lin-
guam.

Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de caelo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri Religiosi ex omni natione quæ sub caelo est. Facta autem hac voce, convenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? & quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi,

Super
inde mul-
tudo In-
dorum.

& Ælami, & qui habitant Mesopotamiam, Judæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ quæ est circa Cyrenem, & advenæ Romani, Judæi quoque, & Profelyti, Cretes, & Arabes; audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Stupebant autem omnes, & mirabantur, ad invicem dicentes: quidnam vult hoc esse? Alii autem iridentes, dicebant: Musto pleni sunt isti. Stans autem Petrus cum undecim, levavit vocem suam, & locutus est eis: Viri Judæi, & qui habitatis Jerusalem universi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Nō enim, sicut vos aestimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est, quod dictum est per Prophetam Joël: Et erit in novissimis diebus, (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ, & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super servos meos, & super ancillas meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt: & dabo prodigia in caelo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinē, & ignem, & vaporem fumi. Sol cōvertetur in tenebras, & luna in sanguinē, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus. Et erit, omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.

Concis
prima Pe-
tri ad Co-
los.

Joël 2.
Prophe-
tia de ca-
piosa gen-
tilium
conver-
sione.

HLU-

HLUDOWICI BLOSII
 MARGARITI
 SPIRITUALIS
 PARS TERTIA,
 SIVE
 DOMINICÆ PASSIONIS
 EXPLICATIO ADMODUM PRÆCLARA
 FERRE TOTA DESUMPTA
 EX PISSIMIS EXERCITIIS
 D. IOANNIS THAVLERI.
 CAPUT I.

Iesus post esum agni Paschalis, pedes Apostolorum suorum lavit, & sacram Eucharistiam instituit.

1. Dominus Iesus ultimam cenam sumens cum discipulo suo,
2. Consolatur magister ex proximo dulcissimi Magistri discessu.
3. Post cenam legalem incipit Christus mysteria gratiæ.
4. Summam perfectionem Christianam reducit ad humilitatem & charitatem: & humilitatu exemplum præbet in lotionem pedum discipulorum.
5. In qua consideratur suprema maiestatis dignatio.
6. Unde discipulus suus speculum existit humilitatis.
7. Charitatis novum mandatum, perfectio legis charitatis; eius sacramentum, Eucharistia.
8. Præcellentissimum pignus amoris divini, transmutans hominem quodammodo in Deum.
9. Ea instituta, omnibus modis mirabiliter sese vobis donavit Deus.
10. Opus fuit summa potentia, sapientia, & dilectione, omne bonum in se continens,

11. Postulans proinde summam in recepturæ præparationem.



PROPRINQUANTE
 tempore gratiæ
 & misericordiæ,
 quo Christus Je-
 sus ab eterno cō-
 tituerat perfec-
 te salutem no-
 stram, nosque redimere, non cor-
 ruptibilibus auro vel argento, sed
 pretioso sanguine suo; ex vero
 amore, ceu liberalissimus paterfa-
 milias, celebrem cum discipulis
 suis cenam agere voluit, ante-
 quam per acerbissimam mortem
 discederet ab eis: idque in signum
 magnæ dilectionis qua tenebatur
 erga illos.

Et

Y.
 1. Pet. 1.
 Cena
 tima
 Christi
 cum discipulis

1. Pet. 1.

MARGARITUM SPIRITUALE.

Domi-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICAC-
IO.

Et cum vidisset eos ob mortem
passionemque suam è vicino im-
minentem vehementer affligi ,
quod à tam fideli patre & amabi-

2.
Solatur
dolentes
de pro-
pinquo
ipsum per
mortem
discessu.
Ioan. 14
& 16.

li præceptore separandi essent, ex
magna compassione multum eos
benignè consolatus est , dicens:
*Nolite tristari, neque turbetur cor
vestrum. Non relinquam vos orpha-
nos. Expedi vobis ut ego vadam.*
Vadam ergo, & iterum veniam ad

Matth.
23.

*vos. Sed cum cerneret eos pror-
sus pusillanimes esse, & graviter
angi; & alios quidem ubertim
lacrymas fundere, alios verò ex
imo pectore alta ducere suspiria,
cuncta illius viscera, (ut est mise-
ricordissimus) compassione mo-
ta sunt: simulque voce consola-
toria affatus est eos, dicens: Filio-
li dulcesque discipuli mei nolite
timere, nolite turbari: Ecce ego
vobiscum sum omnibus diebus usque
ad consummationem seculi.*

3.
Prepara-
tio Agni
paschalis

Ceterum præparato jam agno
Paschali, eo loco ubi ipse manda-
verat, ingressus est coenaculum, &
secuti sunt eum discipuli ejus.
Age sequamur & nos. Neque enim
pius Dominus aliquem inde fa-
melicum abire patietur.

4.
Summa
perfecti-
onis est
in humi-
litate &
charita-
te.

Agno deinde Paschali juxta
ritum & legem Judaicam absum-
pto, universas virtutes suas,
quas omni vitæ suæ tempore di-
versis modis mirificè exercuerat,
jam ob hominum infirmitatem
velut in summa quadam duabus
partibus (nempe humilitate &
charitate) complexus est. Sur-
rexit ergo de mensa, & linteo

Humili-
tatis ex-

quodam præcinctus, cepit dili-
genter admodum abluere pedes
discipulorum suorum. Nimirum
in insignis exemplum humilita-
tis, opus hoc grande peregit in
ipso vitæ suæ termino: ut & cha-
ris discipulis suis, & nobis om-
nibus, altiùs imprimeret virtu-
tem profundæ humilitatis, sine
qua nec persistere nec progredi in
virtutibus aliquis potest. Et re-
vera, quomodo majorem nobis
dulcis Dominus humilitatem ex-
hibere potuisset, quàm quod im-
mundos pedes creaturarum sua-
rum abluit? Ad terram usque se
se dimisit, & discipulorum suo-
rum omnium servus effectus est.
Quis, obsecro, sine compunctio-
ne videre possit Regem gloriæ,
(cujus admirabilem potentiam
stupent, & cum tremore adorant
spiritus Angelici) præcinctum
linteo, tam studiosè abluere for-
didos pedes servorum suorum?

emplar
in lotionè
pedum
discipu-
lorum
suorum.

Sedebant discipuli; at virtus
omnipotentis Dei ad terram usque
se se dejecit, & Dominus domina-
tium coram illis genuflexit, in-
cujus nomine genu curvatur om-
nium. O quàm humiliter, quàm
devotè, quàm amabiliter de uno
ad alium, positus humi sacris ge-
nibus, processit, nitidisque mani-
bus suis illorum tractavit sordes,
imò & officiosè lavit, exterfit,
osculatus est! Nec pedes modò
amicorum, sed etiam proditoris
sui ita abluere & osculari voluit,
cum tamen ab isto sciret se trigin-
ta argenteis venditum; nec quid-

5.
Summa
divina
majesta-
tis digni-
tudo in la-
vandis
pedibus
discipu-
lorum.
Ephes. 2
Phil. 2.

Etiam
prodito-
ri.

L
quam

I.
Pet. 1
na
na
ri
m
dis
u.

Pet. 1

DOM- NICAE PASSIO- NIS EX- CELICA- TIO. quam alijs minùs ei præstitit ve- re pius Iesus.

Igitur hoc tam admirandæ hu- militatis opus fecit ad nostri in- stitutionem. Audi ipsum dicen- tem discipulis suis: *Scitis quid fe- cerim vobis? Si ego laui pedes ve- stras, Dominus & Magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes.*

6. *Proponit se disci- pulis spe- culum hu- militati- tati.*

Ioan. 13. *Exemplum enim dedi vobis, ut quæ admodum ego feci vobis, & vos faciatis, & ut vos alter alteri mutua charitatis opera præstetis; idque non amicis tantum, sed etiam inimicis.*

7. *Charitas compon- dium legu & perfecti- onis.*

Cum itaque Dominus Iesus dilectos discipulos suos in vera hu- militate verbis & exemplis insti- tuisset, jamque propinquum esset tempus passionis, eisdem, & nos omnes, etiam alteram suam vir- tutem, non minùs quam præce- dentem nobis ad salutem neces- sariam, docere voluit, perfectam videlicet charitatem. Has duas virtutes ceu testamento ad per- ennem memoriam nobis dereli- quit, cupiens eas intimis imprimere cordibus nostris. Audi quid benignissimus Dominus dicat discipulis suis: *Filioli mandatum novum do vobis. Quasi diceret: Mul- tas à me institutiones, diversaque & numerosa præcepta habetis; sed jam præceptum novum do vobis, sumam quamdam & clau- sulam cunctarum institutionum mearum, hoc est, ut diligatis invicem sicut dilexi vos: ut sicut ego animam pro vobis pono, ita & vos ad mortem usque invicem*

diligatis, & eis beneficiatis qui vos persequuntur, ac mala vobis irrogant. Hoc novum charitatis præceptum Dominus Iesus non solum verbo docuit, sed etiam o- pere præstitit. Etenim declarare voluit, veros nos esse filios suos: nec ullum umquam naturalem patrem tanto filios amore com- plexum esse, quanto ipse nos complexus sit. Unde tamquam fidelissimus parens præstantissi- mum nobis reliquit testamentum, & excellentissimum nobis legavit bonum, quod cælo terraque di- gnus & melius est, sacratissimum videlicet Corpus suum in ci- bum, & preciosum Sanguinem in potum.

8. *Pignus amoris divini maximu, Euchari- stia.*

O admirabile mysterium! ô præcellentissimum Sacramentum! O vos omnes quotquot Deum a- matis, venite, videre, admirami- ni, obstupescite & laudate. Tale namque tamque admirandum o- pus operatus est in nobis Domi- nus, ut quisquis hoc piè voluerit perscrutari, non possit non spiri- tu contabescere, deficere intelle- ctu, imò cunctis viribus præni- mia admiratione destitui. Planè si quis fundum charitatis hujus pro humanæ fragilitatis modulo, auxiliante sibi gratia Dei, intel- lectu pervestigare volet, quanto scilicet ex amore hoc ipsum Deus facere dignatus sit; nimirum cor illius liquefet conflagrabitque dilectionis incendio. In isto opere omnipotens Deus suam nobis largitur Divinitatem cum huma- ni-

Euchari- stia ut- stamen- rum cha- ritati.

Pignus amoris divini maximu, Euchari- stia.

Trans- mutans hominem in Deum

ni-

DOMI-
NICAN
PASSIO-
NIS EX-
PLICAN-
TIO.

nitate conjunctam & unitam, ut eam intra nos suscipiamus. Sicut enim cibus ab homine sumptus, transit in illius substantiam, fitque unius cum homine naturæ; ita quisquis hunc cibum dignè percipit, unum cum eodem per gratiam efficitur. Nam quemadmodum D. Augustinus ait, non nos divinam hanc escam in nostram mutamus substantiam; sed ipsa potiùs nos in se transmutat atque transformat, efficitque nos Deiformes, & unius secum naturæ: veluti ignis naturam in se ligni trahit, & absumit, ipsumque transmutat in ignem.

9. Cur iam cor non inardescat dilectione, non excitetur & moveatur ad devotionem, ubi attenderit, quanto amore & desiderio flagrarit potens ille Rex gloriæ & Dominus majestatis, erga nos viles creaturas suas, qui non nisi pulvis & cinis sumus? Nam quia cor illius paternum atque piissimum nihil melius, nihil sublimius excogitare potuit, seipsum nobis dedit, ut nobis largiffuam bonitatem, & altissimum cordis sui demonstraret amorem. Liberalis prorsus largitio est, cum quis dat seipsum; sed multò liberalius est, cum quis tali se ratione largitur. Dedit namque seipsum nobis in patrem, in fratrem, in socium, in cibum, in pretium, in intercessorem & advocatum. Denique & olim sese nobis in perenne præmium daturus est: tumque seipso nos prorsus exsatiabit, &

erit nobis quidquid desiderare potuerimus.

10. O prædicanda potentia Dei, quæ sub specie panis exigui, sublimem Divinitatem suam, perfectum Corpus sanctamque animam suam, hominibus universis integrè præbere potuit in cibum: qui ab unoquoque totus sumitur, & tamen in seipso integer & incorruptus perseverat! O stupenda sapientia Dei, quæ hunc subtilem & salutarem modum pro salute nostra instituit! O incomprehensibilis Bonitas Dei, quæ tam sublime charitatis opus nostræ salutis causa perfecit! O salutaris esca, per quam filii hominum transeunt in filios Dei: O desiderabilis! ô sacer & adorande panis, qui mentem reficis, cor hominis confirmas, & spiritum exhilaras! Hic planè est panis sapidus seu manna cælestis, plenum spiritualibus deliciis, in quo nihil asperum est. Cuid multis? In hoc dignissimo Sacramento quidquid vel cogitari vel desiderari potest, accipitur. Enim verò sumitur hic verus Dei filius Iesus Christus, verus Deus, & homo verus; semper unum existens cum Patre & Spiritu sancto. Et quidquid demum virtutis ac meriti Christus in vita & passione sua exercuit obtinuitque, id omne hic * percipitur ab anima dignè præparata. Imò & paratus est dulcis Iesus cunctas has virtutes piissimam & largissimam bonitatem suam donare nobis, perin-

Opus est
summæ
sapientie,
pau-
sentiæ,
& boni-
tatis.

Omne
bonum in
Eucharis-
tia sumi-
tur.

* Per
modum
causæ
meriti-
riæ vel
exempla-
ris, non
per rea-
rem cõ-
munica-
tionem
ipsarum
metvir-
tutum
Christi,

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
FLICA-
TIO.

II.
Idem pur-
ganda
corda ad
recipien-
dam Eu-
charisti-
am.

de ac si ipsi eas exercitassemus. Festinemus igitur omni studio expurgare corda nostra ab omni inquinamento peccati, atque ornare ea virtutibus & operibus bonis, ut cibum hunc salutiferum semper accipere idonei simus, ad æternam gloriam benignissimi Creatoris.

CAPUT II.

Agonia Christi in horto. Iesus in hortum, ubi capiendus erat, venit: ibique, ingentem anxietatem & angustiam ob imminentem passionem perfert.

1. Peractâ conâ venit Christus in hortum ubi erat capiendus: seorsum secedit cum Petro, Jacobo, & Joanne.
2. Attenio vehemens ad passionis mysteria postulatur.
3. Ea enim piâ considerata, maximè emolliunt eor etiam durissimum.
4. Amore spontaneo obtulit se pro nobis Iesus. Preparat se oratione ad certamen futurum.
5. Assumit sponte tristitiam inenarrabilem.
6. Dua causa illius, Prima ingratitude hominum & peccata, quorum gravitatem plenissimè percipiebat.
7. Sic pater indulgens, miseriam unigeniti filii deplorat.
8. Longanimè oratio Christi in oratione positi.
9. Altera tristitia Christi causa, plenissima ærum, quæ iamjam erat passurus, noxia.
10. Pugna in Christo de acerbitate passionis asceptanda.
11. Compassio spiritus & carnis. Sensus trine petitionis Christi. Resignatio Christi nobis imitanda.
12. Lassitudo Christi ab oratione resurgenti. Leniter increpat discipulorum pigrissimam.
13. Excitat torporem nostrum, ut eum sequamur, ei que compatiamur.

Ioan. 12.
Post sa-
crum ca-
enam ve-
nit Iesus
in hortu
montis
Olivet.

Cum itaque propè esset tempus, ut Dominus Iesus ex hoc mundo transfret ad Patrem, constituto iam ab eo (ceu patre fidelissimo) cum dilectis discipulis

testamento suo, relicto videlicet eis præcipuo & excellentissimo bono, quod cor ipsius paternum excogitare poterat, utpote sacratissimo Corpore in cibum, & pretio Sanguine in potum: hoc, inquam, opere peracto & consummato, cum hymnum dixisset Deo Patri, exivit cum discipulis in montem Oliveti trans torrentem Cedron, ubi erat hortus quidam, quo sæpe orationis gratia convenire solitus fuit cum eisdem discipulis suis. Aitque ad eos: Sedete hic, vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Assumpsitque Petrum, & duos filios Zebedæi Jacobum & Joannem, utpote secretissimos, fidissimos, maximeque dilectos quos haberet amicos suos: ut quibus gloriam Divinitatis suæ in transfiguratione ostenderat, etiam doloris sui in passione acerbitatem demonstraret.

Hic nunc ad sitis quotquot Deum diligitis: attendite, & videte quanta fecit Dominus animabus nostris: Jam nunc aperitur liber vitæ, in quo relucet veritas, & omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi, qui scatet doctrinis & mysteriis abundat. Nunc planè speculum virtutum omnium cunctis manifestè proponitur. Nunc exhibetur immensus thesaurus divitis patris familias, ex quo inopes, infirmi & oppressi omnes largissimis exhilarantur donis; ita ut unicuique liceat ex sacris Christi Jesu haurire visce-

Mat. 26.
Ioan. 13.
Mar. 14.

Luc. 11.

Cum Petro, Jacobo, & Joanne secedit à reliquis discipulis.

Luc. 9.
Mat. 27.

2.
Mar. 9.
Excitatur attentio ad passionis arcana perpetuanda.
Colos. 3

DOMINICANUS PASSIONIS EXPLICATIO.
 * Intem perat̃a hic vocatur excessus magnitudinis amoris in Christo patiente & moriente pro nobis, de quo Luc. 9. v. 31.

3. Inde praefertim emollitur durities cordis nostri.

4. Sponte se pro nobis obtulit se suo, solo impulsu amore. 1. Reg. 37.

Oratione se preparat.

visceribus, quidquid sibi deesse intelligit. Copiosam namq; profundunt gratiã:& ut largius fluerent, pluribus in locis scilla atque patefacta sunt. Nunc denique ignis ille, quem Pater cœlestis misit in terram, ad eò accensus est, ut flamma cœlum contigerit, atque per intemperantem * calorem suum frigidam terram & dura saxa emollierit per ruperitque.

Et reverã, qui quis devota meditatione ad hunc ignem propius accesserit, incendium hoc evadere non valebit. Cujus enim vel saxum cor non liquecat, dum advertit immensam Jesu Christi bonitatem, quanto ille erga nos viles terræ vermiculos desiderio teneatur, & quanto per se sitierit salutem nostram, exponens pro illa juvenile ac elegans corpus suum, & quidquid habuit?

Enimverò nulla coactus vi, sed sponte suã ad locum proditori suo cognitum accessit, ut ab eo posset facilius inveniri. Vide hic, ô fidelis anima, & inspicere hunc strenuum David, Deum ac Dominum tuũ, quã ardeat, quã vehementer desideret inire certamen, & ponere animam suam pro populo suo & domo Israel. Vide, obsecro, ut amore animatus, primus ad locum certaminis pro te dimicaturus accedat. Quia verò non nisi humilitate, charitate, orando & sustinendo certare statuerat; priusquam invidi Judæi cruentas manus suas in eum injicerent, tantum in se cruciatum

ultrò recepit, ut huic nullus posset dolor æquiparari.

Igitur ubi jam in hortum venerat, cœpit contristari & mœstus esse, pavere etiam & tædere: atque ex doloris interni vehementia extrinsecus membris omnibus miserabiliter cõtremit. Et hanc ipsam tristitiam, infirmitatem & perturbationem corporis sui, non erubuit confiteri discipulis suis, dicens: *Tristis est anima mea usq; ad mortem.*

Eamus nunc, & videamus quenam sit tanti causa doloris. Et quidem multas ob rationes Christus ira contristatus est, sed nos hic duas tantum attingemus, quæ nos vehementius ad compassionem pariter & amorem accendant. Prima ergo ratio, nostra fuere gravia multipliciaq; peccata, ingens ingratitude, & quòd tam eramus divini timoris expectes. Ob ista sic doluit pius Iesus.

Enimverò & legimus, & experientia probatum est, si quem Deus permitteret videre peccata sua, sicut ipse ea videt, mox præ dolore rumpendum cor illius, aut sensibus eum destituendum, ubi aspiceret quãrã injuriã & contemptu affecerit Creatorem ac Redemptorem, Deumque ac Dominum suum, & quã indignè ac turpiter deformaverit nobilem speciosamque animam suam. Et certè Christus omnia mundi peccata in se receperat, tantumque pro illis ultrò sibi assumpsit dolorem cordis, ac si ipse ea per-

5. Matth. 25. Mar. 14. Luc. 22. Assumit tristitiã, & eam discipulis exponit. Matth. 26.

6. Dna causa cur Christus tanto dolore in horto affici voluerit: quarum una hœc est, peccatorum gravitas & ingratitude nostra.



DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.
qua ille
perfectis
sime in-
suebat

Sudor
sanguis
nec ex
agone do-
lorifico
gratu.

Mat. 26.

7.
Deplora-
vit no-
stra dam-
na, sicut
pater u-
nigeniti
miseriam
dolere.

traheret. Et quia per divinam cun-
cta perspicentem sapientiam tuam,
universa quae umquam facta sunt,
& deinceps fient peccata, cerne-
bat, simulque aspiciebat contem-
ptum & injuriam, quae per hanc
caelesti Patri suo erant irroganda:
quis jam ulla possit ratione com-
prehendere, quantum hinc mœ-
rorem doloremque perfererit? Semper enim cum universis viri-
bus suis honorem Patris & salu-
tem animarum sitiebat. Hac igitur
de causa tantum Christus dolo-
rem & mœrorem in passione
suscepit, quantum salva vitâ suf-
ferre potuit. Neque enim (ut Iu-
dæi solebant) vestimenta scidit
in argumentum doloris sui quo
mordebatur, sed omne per-
rupit corpus suum, ita ut sudor
sanguineus ex cunctis membris
illius, præ nimia angustia & tre-
more, velut humor ex uva forti-
ter pressa, erumperet. Et ut osten-
deret nobis, mœrorem hunc inte-
riores absumere medullas animæ
suæ, mortis correptus angoribus
dixit: *Tristis est anima mea usque*

ad mortem.

O ineffabilis bonitas Christi
Iesu! ò amor incomprehensibilis!
Gaudium cæli propter nos, ad
mortem usque, mœrore afficitur:
quodque nos voluptate deliqui-
mus, ipse Iesus lethalibus voluit
cruciatibus expiare. Enimverò,
ubi attendit quid peccando per-
dideramus, & quid eramus meri-
ti, cuncta illius viscera compas-
sione mota sunt. Et sicut aliquis

benignissimus parens mortem do-
let unigeniti sui, sic ille miseriam
& infelicitatem nostram doluit.
Ob idque tantam sibi assumpsit
afflictionem & mœstiriam, quæ
totius mundi peccatis præponde-
raret, quæque non solum vires
omnes elegantis & delicati cor-
poris sui excederet, sed ad mor-
tem usque angeret animam suam.
Quis hinc sine compunctione & la-
crymis intueri possit amabilem
illum Ioseph, nos fratres suos, qui
in ipsum peccavimus, amplexan-
tem, singulos nostrum osculan-
tem, plorantem super singulos, &
peccata remittentem, imò ea om-
nia in seipso cum dolore puni-
entem? Ita nos ille dilexit?

Secedens ergo paululum à dis-
cipulis suis, posuit genua, & pro-
nus cadens in terram, humiliter,
ferventer longanimiterque pre-
catus est. En potens ille Domi-
nus, cui omne genu jure curvatur,
ut pauperrimus homo, imò ut
peccator quispiam, jacet vultu
terræ affixus, & à Patre dereli-
ctus, ut nos Patri reconciliet. O
anima mea, & vos omnes qui di-
ligitis Deum, venite, contem-
mur oculis cordis Salvatorem no-
strum in magna spiritus angustia
constitutum, & alta suspiria ex
imo pectore trahentem: confide-
remus ut hic portaverit omnia
peccata nostra, & quam graviter
pro nobis afflicus sit. Non sumus
ingrati dulcissimo amatori no-
stro, qui tam cruciabiliter desuda-
vit in opere salutis nostræ.

Alte-

Gen. 43.
44. 45.

8.
Isa. 45.
Perseve-
rat longi-
nimiti-
in oratio-
ne.

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
TIO.9.
*Altera
dolorum
Iesu cau-
sa, com-
prehensio
futurarij
normen-
torum.*

Altera causa doloris Christi fuit, quod praevidebat horribiles ac immanes cruciatus omnes, quos mox perpassurus erat, idque tam perfecte, ac si jam praesentes sensisset. Et quia revera homo erat instar aliorum passibilis, tenera ac nobilis complexio ejus, supra quam capiat humanus intellectus, vehementer hinc exhorruit: ita ut extrinsecus membrum omnibus contremisceret, & intrinsecus ad mortem usque tristaretur. Iam enim susceperat damnatum redimere hominem, & uniuersum soluere debitum: ideoque Pater caelestis ut iustus iudex exactam cum illo iniit rationem, aperiens illi antiquum rationarium codicem, debita mortalium continentem, in quo perspicue universa vidit mundi peccata, simulque pretium incomparabile quo haec erant debita exolvenda.

10.
*Lucta in
Christo
spiritu
& carnis
de cruci-
atibus ac-
ceptan-
dis.*

Igitur ipse Salvator noster Iesus Christus secundum spiritum optabat, ut cuncta in se perficerentur, quae ab aeterna Dei Sapientia, & consilio Spiritus sancti decreta & praefinita erant: at caro tota exhorruit ad mortis acerbiter. Spiritus quidem unicus & subditus Deo erat, paceque fruebatur; sed sensitiva natura ac portio omnino imbiberat imagines amaritudinum passionis imminuentis, eratque turbata & anxiosa supra modum. Apparuit autem illi Angelus de caelo, confortans eum in hac spiritus & carnis con-

Luc. 22.
*Apparet
illis An-*

certatione. Et ipse quidem cum esset torus vividus ac aetate juvenis, omnium quos umquam terrarum orbis habuit multo pulcherrimus atque amabilissimus, tantam hinc luctam sustinuit, tantaque vi ipsam naturam sensitivam in horribiles cruciatus consentire coegit, ut praenimio labore cruentus sudor ex omnibus illius membrum erumperet. Etenim ob orationis fervorem, & metum ac horrorem mortis, sanguis ejus ad cor confluxerat: tum vero amor validus, & ardens desiderium paternam exequendi voluntatem, nosque redimendi, ceu maleus quidam aut vis ingens accedens, vicit timorem illum & sensualitatem, sanguinemque fortiter expulit, ita ut in hac praecleara victoria, ex subita violentia sanguis e poris omnibus, nimio labore patefactis, abunde cum alio sudore erumpens, deflueret in terram.

O! quis doloris hujus magnitudinem & acerbiter capere queat? O! quantis angustiis concutiebatur dulcissimum cor Salvatoris? Quas poenas, quos cruciatus in hoc timoris & amoris praelo sustinuit? Nam timor quidem inferne, amor autem supernae illud comprimebat. O! quantopere rationalis natura compatiebatur portioni sensitivae sic oppressae? Quam fideliter, tamquam advocata, pro illa obsecrabat, Pater, inquiens, si possibile est, transeat a me calix iste! Rursumque,

*gelu de
calo.**Quomodo
internus
dolor su-
dorem,
sanguini
nu ex-
presserit.*11.
*Rationa-
lis cum
sensitivum
copassit.*

Mat. 26

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
ELICA-
TIO.

que, tamquam optima concilia-
trix, cum spiritu dicebat: *Pater, si
non potest hic calix transire nisi bi-
bam illum, fiat voluntas tua.* quasi
diceret: *Iam tu Pater explicuisti
mihi quanto pretio debitum hu-
mani generis sit redimendum, à
quo certè tenera natura mea tota
abhorret, pavet & contremiscit:
attamen desiderium quod habeo
implendi voluntatem tuam, &
hominem redimendi, prorsus su-
perat me.* Itaque accipio condi-
tionem, & ratum habeo quod
exigis. Et ecce roseus hic sanguis
meus, quem modò effudi, arrha
boni sit, atque ejus generis pecu-
nia reliquum omne debitum ex-
olvam. *Fiat voluntas tua.* O!
qualis hæc resignatio? quæ sui
oblatio? quis hic amor? Planè
Dominus Iesus charitate carnem
vicit & sanguinem. Quis fru-
ctum, utilitatem & sempiterna
bona cogitare sufficiat, quæ nobis
ex hoc verbo maximè salutifero
nata sunt, puta, *Fiat voluntas tua?*

Fructus
inde no-
bis pronu-
tians.

Nam isto verbo Filius Dei nos à
Patre æterno mercatus est: ita ut
jam inde ab hujus prolatione ver-
bi, Pater cælestis antiquas posue-
rit inimicitias, & nos in filios
suos receperit. Venite jam devo-
ti omnes, & quotquot estis bonæ
voluntatis, qui in virtutibus pro-
ficere desideratis: Venite, in-
quam, contemplamini hic specu-
lum virtutum, perfectionis viam:
sequimini Dominum vestrum,
iisdem ingredimini vestigiis, qui-
bus vos ille præcessit. Discite,

discite hic propriam abnegare vo-
luntatem, & exequi divinam: di-
scite sensualitatem vincere, &
eam in spiritus redigere servitu-
tem.

Jam porrò videamus lique-
centibus cordibus, quemadmodum
amabilis Dñs, ubi diutissimè pro
nobis Patrè precatus fuisset, tan-
dem venerandum caput suum levavit
è terra, & ab oratione surrexit. O!
quàm malè affecta erant omnia
illius membra ex tremore & in-
genti angustia quam ibi perpeffus
fuit? Facies ejus gratissima, ex
ferore orationis inflàmata erat,
& sudore perfusa madebat. Ocu-
li lacrymis intumuerant abunda-
bantque. Hinc ergo venit ad
discipulos suos, & eos benignè
alloquens, ait: *Dormite jam, &
requiescite.* Vide immensam be-
nignitatem Domini. Non du-
rè illos reprehendit, sed patienter
eorum tulit pigritiam & infir-
mitatem. Vide etiam, ut fidus
pastor sollicitè curam gerit, & o-
rat pro ovibus suis. Dominus vi-
gilat servis dormientibus. Solus
certat, ut ipsi manèant illæsi. Se-
ipsum lupis exponit agnus inno-
cens, ut oves suæ evadant immu-
nes à moribus eorum. Revera
in finem dilexit eos.

Deinde jam excitavit illos, di-
cens: *Sufficit, camus: en qui me tra-
det, propè est.* Cogita nunc, ò ani-
ma mea, te esse cum Christo in
horto, & hæc illum tibi verba di-
xisse. Itaque surge à somno vi-
tiorum, & à somno torporis ac

fal-

Imitan-
da nobis
hæc regi-
gnatio,

12.

Perpen-
ditu-
m Chri-
sti post-
genian.

Discip-
li man-
sueti à
Christi
ob som-
nentiam
inertis-
suer.
Mat. 11

Ioan. 11

13.

Mat. 26
Excita-
tio torpo-
ris nostri
ad imi-
tationem
Christi
in passio-
ne.

MARGARITUM SPIRITUALE. 87

DOMS- fallacium oblectamentorum, ar- **NICAR**
PASSIO- reptaque viriliter cruce poeniten-
NIS EX- tiæ & afflictionum, sequere Chri-
ELICA- stum Dominum tuum: simulque
19. cum ingenti compassione & inti-
mo amore conspice miserabilem
ac deformem figuram Salvatoris
tui, cogitans te esse causam pas-
sionis ejus. Expende diligenter,
quanta fuerit interna animæ il-
lius angustia, ex lignis externis
maximè afflicti corporis. Adora

*¶ sal-
tem illi
compati-
amur, &
sollacry-
mumur.*

*¶ Homo
bonæ
volunta-
tis in
defectu
merito-
rum suo-
rum ob-
tendit
merita
& sangui-
nem
Christi.*

illum, & gratias age. Venite &
vos quotquot Deum amatis, si-
mul procidamus coram Domi-
no: & si sanguineas lacrymas fun-
dere non possumus, saltem aquam
stillent oculi nostri. Quod si ita
duri sumus, adeoque lacryma-
rum vena nobis obstructa est, ut
nec oculis flere possimus: saltem
corde & desiderio ploremus, *
sanguineumque illius sudorem
offeramus pro lacrymis quas non
habemus, quasque præ cordis du-
ritia fundere non possumus.

CAPUT III.

*Jesus Iuda & hostibus suis pergit
obviã.*

1. Iuda militibus occurrit Christus,
2. Amore immenso præcedentem timorem peni-
tentiæ absorbente.
3. Osculum Iudæ suscipit, dulcissimisque verbis
ejus ingratum cor provocat ad poenitentiam.
4. Misericordia Christi semper patet volenti-
bus eam apprehendere.
5. Vnico verbo hostes suos prosternit, passivus;
quid facies judicaturus? Ego sum paratissima
resignationis verba.

*¶ I-
desu ob-
viã is*

SCIENS deinde Dominus Je-
sus, proditorem suum Judam

advenisse, stipatum caterva ho-
minum impiorum sanguinem suum
sifitentium, qui ipsum tamquam
latronem comprehendere vene-
rant cum laternis, gladiis, fusti-
bus, & ingenti armorum strepi-
tu: ceu agnus innocens, pleno
cum affectu, & ardenti dilectio-
ne benignissimè eis perrexit ob-
viã.

*Iuda, &
militibus
Ioan. 18.*

Attende nunc, ô anima mea, 2°
interioribus oculis immensum a-
morem Salvatoris tui. Vide quan-
topere sitiã redimere te. Aspice,
ut cor illius velut olla fervens in-
tra ipsum ebullierit. O dulcis Ie-
su, unicum solatium cordis mei!
ubi jam est timor qui te paulò an-
te invaserat? ubi graves gemitus?
ubi tremor anxius? ubi hor-
ror ingens mortis? Cùm adhuc
procul abessent hostes, ad mor-
tem usque tristabaris, & sangui-
nem sudabas: jam quando in ocu-
lis sunt inimici tui, instar leonum
rugientes, quò fundant innocen-
tem sanguinem tuum, nihil ti-
mes, nihil trepidas, sed metus
omnis procul abcessit. Venit
proditor tuus cum turba homi-
num sanguinariorum, & illis
procedis obviã. O bone Iesu!
ô dulcis amator hominum! quid
hoc est? Quis amor cor tuum ab-
sorbuìt, ut ad mortem ceu ad nu-
ptias properes, hostibus perinde
ut amicis obviã procedas? O
clementissime Deus! quem non
hæc tanta charitas incendat? quis
ego sum, ut tu dominus domi-
nantium, Rex cæli, terræque Im-

*Iam om-
nem car-
nem timo-
rem ab-
sorpsit a-
mor salu-
tu nostræ*

*Tanta
amore
indignè
sumus.*

M

pe-

DE
NICAE
CASSIO-
NIE IX-
ELICA-
TIO.

3.
Non re-
nuis leſa
ofculum
proditoru
Iſa. 53.
1. Pet. 3.
Mat. 26.
Devota
pondera-
tio ver-
borum
Chriſti
ad Iuda:
Amice.

Item. 2

Pla. 113
Ad quid

Colof. 2
Ier. 13.

Emiſti?

perator, pro me vili terrae vermi-
culo tam ultrò te ipsum ad mor-
tem, & in ipsas crudelium ho-
stium tuorum manus, offerres?

Ipse ergo fons inexhaustae pie-
tatis Jesus à Juda ingratiſſimo mi-
nimè se avertit, cum non verere-
tur ille osculum petere sacri oris
ejus: sed ipsum dulce & amabile
os suum (in quo dolus non fuit)
ad spurcissimum os illius, malicia
abundans, suaviter applicuit.
Quin & verbis eum amicabili-
bus aggressus est, dicens: *Amice,*
ad quid venisti? ac si diceret: Itane
de te meritis sum Juda? Num
peccavi in te, lavans pedes tuos,
curvans tibi genua mea, reficiens
te Corpore & Sanguine meo? *A-*
mice, ad quid venisti? Adeò ne tri-
ginta me argenteis viliozem ha-
bes? Cur à me aversus es, qui Apo-
stolatùs te titulo honoravi, in de-
liciis enutrivì, & tamquam pro-
prium Filium meum sollicitè
institui? Quare me dereliqui-
sti fontem aquae vivae, & conjun-
ctus es servis diaboli? Cur decli-
navit ad avaritiam cor tuum, &
me summum ac perenne bonum
reliquisti, vilissimo me pretio
vendens, qui omnes in me habeo
sapientiae ac scientiae thesauros
absconditos, qui caelum terram-
que locupletò & impleo? *Amice,*
ad quid venisti? Ad te ipsum, quae-
so, intrò convertere, in te ipsum
paulisper descende, redi ad cor
tuum; vide quò deveneris, adver-
te quid feceris. Etiam nunc tibi
patet gratia mea; tantum cum

dolore ad me revertere; & ego
suscipiam te.

Quis jam ultrà lacrymas cohi-
bere queat, tam ineffabilem Chri-
sti erga proditorem suum atten-
dens benignitatem? Quis jam
desperare aufit de misericordia
Dei? O Jesu dulcissime! si tradi-
tori, si inimico, si nequam & infi-
deli servo, tam fidelis, amabilis, &
ex animo bene affectus fuisti, a-
deoque eum & revocare & salva-
re laborasti; quid ergo charis fa-
cies amicis tuis, qui ex toto corde
te quærunt, litiunt, & diligunt?
O anima quaecumque es impati-
ens, saeva, & vindictae appetens,
quaeque unico verbo ad iram & con-
tumeliosa verba, atque ad tui ul-
tionez experendam commove-
ris, attende quæso, uti Christus
non dedignatus sit alloqui vilis-
simum proditorem suum, eumque
amicum dicere, & dulciter oscu-
lari. Tu verò præteris proximos
tuos, eis loqui contemnens, tali-
que dedignatione tua ad odium
eos invidiamque provocas, sic-
que animas illorum perdis, quos
amicabili adspectu & suavi ver-
bo placare & ad charitatem mo-
vere posses.

Deinde Christus etiam ceteros
inimicos suos amicè admodum
astatus est, dicens: *Quem quæritis?*
Responderunt ei: Iesum Nazare-
num. Dicit eis Iesus: Ego sum.
Quod cum dixisset, abierunt re-
trosum, & ceciderunt in terram.
Hic exclamans Augustinus, dicit:
Una vox dicentis, Ego sum, tantam

4.
Adit
ad mis-
ericordiam
omni-
um pa-
trium.

Intrapa-
tio impa-
tientia
& ama-
ritudine
in prox-
imo.

5.
Ioan. 11
Solo ven-
to adum-
bravit
suarum
suarum
suarum

In Ioan.
11. 114

DOMI-
NICAS
PASSIO-
NIS EX-
PLICAN-
TIO.
ligant,
quanta
hic à mi-
li. bu
passu fu-
erit De-
minu.
Mat. 17.
 rentium Judæorum, fugerunt. O!
 quis jam cogitare sufficiat, quan-
 tam afflictionem, contemptum &
 ignominiam feroces illi amabili
 Domino irrogarunt? Et licet ea
 quæ hic passus est Dominus, non
 ita aperte ex verbis Evangelista-
 rum perspiciantur, subtiliter ta-
 men colligere & elicere ea possu-
 mus ex verbis illis Evangelicis,
 quibus ipse Dominus Iesus de B.
 Joanne Baptista ait, *Fecerunt in*
eo quacumq; voluerunt: ac mox de
 seipso subjunxit, *Sic & Filius ho-*
minis passurus est ab eis. Et quis æ-
 stimare possit, quænam in eum
 machinati sint, si fecere quidquid
 illis placuit? Quid enim (cùm ira
 essent fervidi) eos non fecisse pu-
 tamus? Nulla mens capere valet,
 quàm inhumaniter benignissi-
 mum Dominum tractaverint; ut-
 pote tam diu quæsitum & expe-
 ctatum ad mortem, cui tot jam
 minas intulerant. Tyrannico
 prorsus & crudeli animo agnum
 innocentem invaserunt, cujus
 sanguinem ardentissimè sticerant.
 Quidquid veneni, acerbatis,
 iræ, malitiæ, & ferocitatis ex
 multo antè tempore in corde cõ-
 gestum foverant, jam cumulativè
 in ipsum vomuerunt. Alius qui-
 dem capillos, alius barbam velle-
 bat. Hic pectori, ille collo manus
 injecit. Iste in amabilem faciem
 alius in caput sanctissimum pug-
 nos impingebat: quidam manus
 benedictas durissimè colligabant.
 quis explicet, quot blasphemias,
 quot cõtumelias, & exprobratio-
 nes, quot fœda pbrofãq; cogno-

*Barbara
Judæorũ
en ipsum
Christum
crudeli-
ter.*

mina dulcis Dominus audire coa-
 ctus sit? Nesciebant planè, ut suæ
 in ipsũ satisfacerent malitiæ, qui-
 bus probris & cruciatibus in eum
 deservirent. Quamvis enim, quid-
 quid fallaci & tyrannico corde
 concipere possent, in ipsum exer-
 cerent, nec sic tamen litis eorum
 sanguinaria explebatur: plusque
 multo affectu & desiderio, quàm
 opere faciebant. Quantò namque
 virulentus eorum animus plus
 nequitia malitiæque evomebat,
 eò magis ardebat fraudem falla-
 ciamq; moliri. Et quia Dominus
 supinos eos dejecerat in terram,
 præ nimio furore & ipsum vicif-
 sim supinum jactabant in terram:
 insidentisque divino pectori il-
 lius, sacratissimam faciem & os
 venerandum dirè contundebant.

Vide hic obiter, ut singuli pe-
 nè passionis Christi articuli, in-
 star mortis, acerbi fuere. Respi-
 ce nunc, ô anima mea, oculis cor-
 dis Dominum & Creatorem tu-
 um, cujus celsitudinem Angeli
 mirantur, quàm nimium abjectus
 & humiliatus est propter peccata
 tua. Admirare hoc, contremif-
 cens. Vide, & diligenter rimare,
 uti altissima illa Majestas, pro te
 immensa vilitate sese dejecerit, &
 quasi annihilaverit. Maximè ve-
 rò expende amorem illum arden-
 tissimum, ex quo istud facere vo-
 luit, quando quidem ille solus fuit
 in causa cur id fecerit. Attende
 etiam duritiam & dissolutionem
 tuam, quod tam parum timoris
 habes: simulque erubescere, quod
 tam

3.
*Acerbi-
tas passi-
onũ Do-
minica.*

*Ameron-
stri Chris-
tum tam
acerba
passi-
onũ.*

*Attende
inprati-
tudinem
tuam.*

MARGARITUM SPIRITUALE. 91

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
ALICA-
TIO.

tam pro nihilo ducis peccare, & tam facile te ipsam damnationi exponis, quam Christus tam im-
mensis cruciatibus tantoque labore redemit.

4.
Psalmi-
sta Da-
vid hanc
Christi
compre-
hensione
pingit ad
vitium.
Psal. 21.

Deinceps corde afflicto & flentibus oculis doctore, ut inclementes illi Dominum gloriae pedibus conculcarent, quod nimirum per Prophetam queritur, dicens: *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.*

Psal. 122

& Circumdederunt me canes multi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam. Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis. Numquam latro aut scelestus quispiam tam crudeliter tractatus est, aut turpiter deformatus, ut Jesus Christus Filius Dei, cui nulla umquam peccati macula adhæsit.

Psal. 21.

O dulcis Jesu! amabilis Domine, quod præ nimia pressura cor meum vertam, ignoro, dum attendo, quam indigna & acerba pertuleris propter peccata mea. Et quis tam ferreo sit pectore, ac frigido corde; quem hic amor Redemptoris nostri non accendat? Ut nos à potestate satanæ & tartareis flammis liberaret, ac sine poena ad cæleste perduceret regnum, pœnas nobis debitas implevit. O Deus misericordissime! quam tibi reddemus vicem pro ista ineffabili gratia & charitate tua? Multum quidem prius mirati sumus, quod te ad humanæ naturæ nostræ susceptionem de-

Humili-
tas passi-
oni ma-
gis humili-

ficere, & in præsepi collocari voluisti; sed dum consideramus humilitatem passionis tuæ, in qua tamquam abjectus vermiculus contemni & conculcari non dedignatus es, jam præ admiratione deficimus.

licet in-
carnatio-
na.

Cum ergo Salvator noster, uti dictum est, tam crudeliter vinctus esset, & ab impiis illis tam miserandum in modum abduceretur, discipuli nimio timore perterriti, dilectum Magistrum suum, in fugam versi, reliquerunt. Sed ô! quantus eos dolor invasit, cum ad cor reversi secum pèsarunt, quod tam fidelem Magistrum ac Dominum suum tam infideliter deseruerant, in maxima necessitate constitutum? Nam ignita illa & penetrantia verba, quæ Christus in cœna & in via, illos commo-
nens, dixerat, adhuc ceu vivi carbonis in eis ardebant. Quamvis enim ab igne jam se disjunxerant, attamen tamquam qui recentes ab ipso igne venerant, proflus calebant, & radii lucis adhuc in eorum micabant pectore. Et licet Christus per providam sapientiam suam parumper ab eis corporaliter discessisset, interiora nihilominus vestigia sua, & signa visitationis suæ, quæ sunt lacrymæ compunctionis, & gemitus, in eorum cordibus reliquerat. O! quantis angustis pressi-
bant, fundentes ubertim lacrymas? O! quoties flentibus oculis gembundi in cælum suspiciebant? Quam miserabiliter ulu-

6.
Mat. 26.
Capto
Christo
fuga dis-
cipulorum

Nō erant
omnino
separati
ab amore
Christi.

Pro sapen-
tia dis-
cipulorum
post fugam
sibi mu-
tuo dolo-
rem &
pudorem
exponen-
tium.

M 3. labant,

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

labant, conquerentes dolorem suum, manuque comprimentes, ut orphani & oves errantes absque pastore? Quam fortiter sua tutudere pectora, dicentes: o Magister benignissime! o dulcissime Pater! o suavissime Domine! qui nos tot dies in delitiis enutristi, & tamquam filios proprios sollicitè custodisti, studiosè rexisti, sapienter instituisti, ac velut cor tuum fidelissimè dilexisti. Quomodo tam turpiter à te recessimus? quomodo ita fugimus? cur te deseruimus? cur tibi ad mortem usque, uti dixeramus, non adhæsimus? O! quoties interim oculos retorserunt ad Magistrum suum, quem tam ferociter & cum tanto strepitu ad mortem duci videbant? Quoties secum stabat animi dubij, utrum ad ipsum redirent, vel non? Quomodo certabat in eis timor & amor? Sed erat hæc permissio divina, Deo ordinante, ut ita fieret, quod Scripturæ impleverunt.

Ceterum dulcis Jesus jam in mediis hostium versans manibus, ne tum quidem benignitatem suam avertit ab impiis illis, curata piissimè abscissa auriculâ unius ex ministris Iudæorum. Attamen tanta hæc ejus bonitas & potètia in perfidos illos declarata, eorum faxea pectora emollire non potuit.

Hinc jam ipsum crudelissimè ligatum ad Annam duxerunt. O! quis referat, quas iniurias, quantum crudelitatem, quem denique contemptum illi hac intulerint in viâ? quot eum verberibus affecerint? quot in eum blasphemias evo-

muerint? quoties eum venerandâ barbâ protraxerint? quoties pedibus eum à tergo protrulerint, pugnosque impegerint? quantopere demum properaverint, ut eum quanto citius Principi adducerent Sacerdotum, ac deinde neci traderent! Nemo profus tanta cogitare potest, quin plura in illum fecerint: quandoquidem, sicuti scriptum est, *Fece- runt in eo quacumque voluerunt.* Attende nunc, o anima mea, quam miserabiliter Dominus & Creator tuus ab impiis illis vallatur ac ducitur, haud secus quam latro quispiam & morti obnoxius, aut homo sceleratus. Et tamen in omni hac persecutione, erga homines patiens, erga Patrem gratissimus perseveravit. Cogita, quæso, qualis hæcei & quam molesta nox fuerit. Atqui hanc ipsam tam horribilem & tristem noctem propter te sponte aggressus & perpeffus est. Igitur adduxerunt eum ad Annam.

Videamus nunc, sed multa cum compassione, quam humiliter potens ille Dominus steterit illic vincus, demissis oculis, virgineo suffusus pudore amabilisque aspectu, coram inflato illo peccatore Anna, ab eodem judicandus, ipse cui potestas omnis & omne iudicium à Patre delegatum est. Itaque Pontifex Annas fallaciter eum percontatus est *de discipulis suis, & de doctrina ejus*, ut ex verbis ipsius occasionem aliquam eum condemnandi subdolos caperet.

Apoc.
descriptio
ne.

Mat. 17.

Quam
tristem
pro se
stem
Christi.
Ioan. 11.

7.
Aurien-
sum Mel-
choreffi-
tuit Iesu
Ioan. 17.

9.
Christi
humili-
tas coram
sumido
Iudæorum
Pontifici

Mat. 26.

8.
Ioan. 18.
Ad An-
nam du-
citur.

Ioan. 18.

MARGARITUM SPIRITUALE.

DOMI-
NICA
PASSIO-
NIS EX-
PLICAC-
TIO.

Constan-
ter defen-
dit doctri-
nam suam.

Alapa
percuti-
tur.
Ratione
et eam
fert.

10.
Christi
patientia
nostram
condem-
nat ira-
condiam
1. Pet. 1.

Mat. 11.

peret. Sed Christus Dei sapien-
tia, fraudem intelligens Pontifi-
cis, de discipulis quidem ea vice
subticuit, cum nec posset quid-
quam magnopere laudandum tunc
temporis de ipsis proferre: sed
quoad doctrinam suam attine-
bat, prudenter & sapienter illi re-
spondit, dicens: *Ego palam locu-
tus sum mundo; ego semper docui in
Synagoga, & in templo, quod omnes
Iudei conveniunt. Quid me inter-
rogas? Interroga eos, qui audierunt
quid locutus sim ipsis; ecce hi sciunt
quae dixerim ego.* Cumque haec
dixisset, unus assistens ministrorum,
homo impius & perfrictae fron-
tis, horribilem dedit alapam Iesu,
dicens: *Sic respondes Pontifici? Ex-
cepit alapam illam benignissime
Agnus mansuetus, nec faciem con-
traxit in rugas, nec excanduit ad
iram, non linguam laxavit ad
contumelias, nec manus extendit
ad sui capiendam ultionem; sed
mansuete respondens, ait: Si male
locutus sum, testimonium perhibe de
malo: si autem bene, quid me cadis?*

O Jesu agne mansuetissime,
quis nimiam benignitatem & pa-
tientiam tuam absque lacrymis
commemorare queat, quod gra-
tiosam faciem tuam, in quam An-
geli desiderant prospicere, tam
crudeliter a vilissimo servo ver-
berari permisisti? Et tu, anima su-
perba, aspera, & impatiens, quae
uno perturbaris verbulo, habe
passionem Christi pro vitae tuae
speculo: disce ab illo quia mitis est
& humilis corde. Contemplantur om-

nem ejus passionem, & ne semel
quidem motum eum fuisse repe-
ries erga hostes suos, sed potius
omnem benignitatem verbo, a-
spectu, & opere eis exhibuisse.
Tam enim amicabilem & tam dul-
cis est Dominus, ut nesciat inimicis
aliud quam amorem & amicitia-
m impendere. Osculatur proditorem,
se capere volentis sanae
auriculam abscissam: orat pro se-
crucifigentibus: imò illorum ip-
sorum peccata & duritia, gravi-
orem cruciatu afficiebant in cor-
de, quam poena exterior quam
sustinebat in corpore.

Secutus autem erat Dominum
Petrus: sed cum imponeretur ei
quod ex numero esset discipulo-
rum Christi, tereum negavit, &
& unius feminae verbo dejectus
atque superatus est, qui sibi ipsi
confidens, & animose supra na-
turae fragilitatem de se praesumens,
dixerat: *Dne, tecum paratus sum &
in carcerem & in mortem ire.* Ni-
mirum amor & ardens desiderium,
animum illius ultra vires ejus
extulerat, adeoque erexerat cor
illius, ut humanae oblivisceretur
fragilitatis suae. Ceterum tenta-
tio totum hoc invertit: jamque
sibi derelictus, discebat, quod in
fervore illo positus agnoscere non
potuit. Certè ipse divus Petrus
quamdiu cum Domino erat, nec
mortem, nec hostes, nec arma ex-
timuit (satis enim audenter in
hostes sese injecit, eos gladio cae-
dens) at ubi Dominus faciem ab
eo avertit, unius feminae verbo
dejectus

Ag-
nus
In 100
passionem
decursu
numquam
in hostes
suos com-
mitto.

11.
Mat. 26.
Mat. 14.
Abnegas
Christum
Petrus
ad ancil-
la voca-
Ioan. 18.
Luc. 22.

Nempe
sibi dere-
lictus, ut
seipsum
cognosceret.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA.
Psal. 29.
Ad se
reversu
plorat a-
mare, &
paniten-
tiam a-
git
Luc. 23.

dejectus & superatus est. Nimi-
rum hoc est quod David ait : *A-
vertisti faciem tuam à me, & factus
sum conturbatus.* Tunc verò Chri-
stus misericordia motus, oculos
gratiæ suæ convertit ad Petrum:
qui ad se reversus, cogitare cœpit
hæc sibi à Christo fuisse prædicta,
utpote quod ante galli cantum
ter eum negaturus esset. Atque ita
tactus dolore cordis intrinsecus,
foras exiens extra consortiū pec-
catorum, per quos ad casum &
culpam pertractus erat, *flevit a-
mare.*

12.
Petro ne-
gante Do-
mini Jesu
compassio
ob disci-
pularum
fugam &
lapsum.

Videamus nunc quantus moer-
ror piißimum Christi cor in vase-
rit, cum videret strenuissimum cap-
put discipulorum ita miserè vi-
ctum. O quàm omnia illius vis-
cera compassione & misericordia
mota fuere, ob infirmitatem &
lapsum discipuli sui! Sed citò
eum eripuit ex potestate satanæ,
erigens illum per prævenientem
gratiam suam. O quàm benig-
nè etiam respexit eum oculis
gratiæ suæ, permittens radios
divinæ lucis suæ micare in ob-
scurum fundum illius! Unde
factum est, ut Petrus illicò ad se
reversus, in suum se fundum * re-
cipiens, culpam suam agnosceret,
& acerbè lugeret, statimque ad
primum gratiæ tactū à filiis tene-
brarū averfus, ad lucem sese præ-
euntem converteret. Quamvis e-
nim ex divina permissione per
infirmitatem ceciderat, attamen
reignatus erat Deo, propriamque
funditus abnegarat voluntatem,

Reflexu
oculorum
Christi
paniten-
tiam apa-
rabatur
Petri.

* Obser-
va fun-
dū my-
sticum
etiã in
princi-
pio con-
versio-
nis Pe-
tri, & cu-
jusvis in
peccati
statu
consti-
tuti.

& Domino se totum dederat;
adeoque illum elegerat, & corde
complexus erat, ut juxta deside-
rium & affectum nihil eum posset
ab illo separare * Et licet postea
deficeret in opere, bonum tamen
illius propositum & deside-
rium erat. Hic igitur beatus
Petrus unico nutu Dei, & semel
ab eo respectus, tanta cum celeri-
tate ab omni turbatione & aver-
sione tam fortiter se convertit ad
Deū, ut is eū reciperet in gratiam,
peccata remitteret, & in amo-
re stabiliret. O Jesu benigne, quã
felices sunt illi quos ita respiciunt
oculitui, quos sic micantibus il-
lustras radiis divinæ lucis tuæ,
ut & fundum suum perspicere, &
vicia sua agnoscere queant! Quàm
citò illi convertuntur! Quàm ce-
lester frigidam illam & dura corda
emolliuntur, accenduntur, amo-
re liquescunt, & fluunt lacrymæ,
dicuntque: *Domine, quid me vis
facere?* Certè mirum non fuit lu-
gere Petrum amarè: magis autem
mirandum est, non crepuisse præ
angustia & tremore cor illius;
cùm Dominus sua eum peccata
fecit intueri, cernereque quan-
tum dilecto suo Magistro cõremp-
tum & injuriam irrogasset. O
qui sic vel semel suum posset
fundum inspicere!

* Defe-
cit Pe-
trus in
opere
exte-
no, non
in affe-
ctu in-
terno,

Felices
quos Chri-
stus ad
paniten-
tiam re-
spicit.

A. G. O. I.

DOMI-
NICAN
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
510.

CAPUT V.

Iesus ductus ad Caiphā condempnatur, conspuitur, caditur, velatur, & miserabiliter affligitur.

1. Concilium in domo Caiphā contra Christum.
2. Adducitur eō Christus, & inter ducendum iterum injuriis maceratur.
3. Humili aspectu Christi comparatur truci affectui adversariorum ipsius.
4. Falsis testibus non respondet Christus.
5. Sed ad divini nominis adjurationem respondet, profitemurq; se Messiam esse: & propterea barbato furore a Iudaeis vexatur, velatur, percutitur.
6. Traditur satelliti rōmulo, tota nocte illudendo.
7. Quam vere Christi Domini in panu constituti vultum comparaveris leproso Iaias. Compassio affectuosa Christi exhibenda.
8. Taxatur hinc nostra superbia, impatientia, & propria voluntas.

I.
In domo
Caiphā
fr. concilii
habulum
contrate-
sum.
Ioan. 18.
Mat. 26.

DE HINC ANNAS IESUM LIGATUM MISIT AD CAIPHAM, QUI ANNI ILLIUS POTIFEX ERAT SUMMUS; APUD QUEM CONVENERANT PRINCIPES SACERDORUM, & SCRIBAE, & SENIORES IUDAEORUM, QUI OMNES VEHEMENTER DESIDERABANT CHRISTUM NECI TRADERE, & INNOXIIUM ILLIUS SANGUINEM FUNDERE: VISOQUE EOHAUD SECUS EXULTABANT, QUAM LEO CAPTAM PRÆDAM QUAM DEVORARE QUEAT.

2.
Eodem
adductus
Dominus
approbri-
alaceratur
& ja-
gnatur.

Isa. 53.

Sequere nunc, o anima mea, sponsulum tuum, qui ut te sibi sponsam desponderet, omnem hunc laborem & cruciatum perpessus est. En traditur jam in manus hostium suorum crudelium, & sanguinem ejus sicientium Iudaeorum, qui non sicientium Iudaeorum, qui non cessabunt, donec eum crucis patibulo affigant. Aspice nunc speciosam ejus faciem, eamque imprime cordi tuo: nam post paululum nec species

illi ultra erit neque decor. Adverte, quæso, lugubrem hanc processionem: adverte quàm inhumaniter sævi illi agnum mansuetissimum duxerunt, & (quod firmiter credere possumus) ut filii diaboli, pleni invidia & ferocitate, ita fecere ut eis suggestit atque persuasit pater eorum Iatanas. Et quia in Annæ domo paulisper quieverat, viresque resumpserat, nunc denuo benignissimum Dominum in via vexarunt, irriserunt, nec non sæpius barbâ venerandâ crinibusque protraxerunt, ceciderunt, pedibus protruserunt, & humi jacentem propulerunt: & quidquid demum contumeliæ, irrisionis, molestiæ, & injuriæ excogitare poterant, in ipsum abundè congesserunt. Recogitemus nunc in cordibus nostris, quo angore correptum erat cor dulcis Iesu; quàm laesum corpus, quàm malè affecta cuncta illius membra ex omni hoc gravi cruciatu, & præproperâ Iudaeorum festinatione. Neque enim in omni hac angustia & pressura vel tantillum ei dabatur spatii, quo respirare semel aut spiritum capere potuisset: at nihilominus agnus innocens semper patiens fuit, totumque se illorum tradidit ferocitati. Cujus jam à lacrymis cor abstineat, hunc illius amorem, humilitatem, & patientiam attendens? Quis non compassione tangatur, & graviter ingemiscens, in cælum usque se reum clamet, dum considerat se causam esse tam im-

Angu-
stia Cor-
dū Chri-
sti.

N

ma-

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA.

manium dolorum Domini sui? Itaque tali cum crudelitate Dominum Iesum ad Caipham adduxerunt, quo principes & praecipui Iudaeorum, ut filii diaboli ex instinctu patris sui, confluerant. Et quia in satanae nomine convenerant effundere innoxium Christi sanguinem, ideo malignus ille in medio eorum erat, intus eos ad omnem crudelitatem malitiamque instigans.

3.
Aspectus
Christi
humili,
adversariorum
ejus tris-
tulentum.

Attende nunc, o anima mea, quam humiliter Rex gloriae manibus illic ligatis steterit, oculis demissis, miserabili ac deformi ex verberibus facie, castam verecundiam, ac sibi tribundo affectu & desiderio acerbum potandi calicem. Animadvertite etiam, quomodo cruenti illi, corvo nimis aspectu & terribilibus oculis consideraverint & inspexerint eum, aperuerintque super eum os suum sicut leo rapiens ac rugiens, & frenderint supereum dentibus suis, acuentes linguas suas sicut serpentes.

Psal. 27.
& 34. &
139.

4.
Non re-
pudet
Dominus
falsis tes-
tibus.

Ah! quis sine cordis dolore videret agnum innocentem stare solum inter ferocissimos illos lupos? O quam ira fervebant saeva illorum pectora! Quantopere invidia in illis rationem obcaecabat, intellectui densas offundebat tenebras, justitiam pervertebat, veritatem extinguebat. Nam cruenta illorum sicis fraudes undique moliebatur, falsos excitabat testes, ut justum neci traderent. Neque tamen dulcis Dominus os suum

aperuit, non se excusare voluit: sed nec quidquam cunctis illis falsis accusationibus respondit, eod quod ex amore ingenti hominum salutem & pereternum potare calicem ardentissime sitiebat.

Deinde, jam falsis testibus auditis, nec ullam tamen mortis causam in Domino repertam, turbatus est iniquus ille Pontifex, raptusque ira ex sede sua, ait ad Dominum: *Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus Filius Dei.*

Audiens Dominus compellari divinum nomen suum, ob reverentiam Patris, ex spiritu in ipso lucente respondit: *Tu dixisti. Verumtamen dico vobis: A modo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Tunc Princeps Sacerdotum scindet vestimenta sua, dicens: Blasphemavit: quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis videtur?* Tunc omnes impuri illi uno ore clamabant, dicentes: *Reus est mortis, simulque vnanimiter in eum ceu leones ferocissimi in agnum irruentes, omnes invidiae suae laxaverunt habenas, totumque in eum furorem & odium suum absque ulla discretionem compassionemque evomuerunt. Et unus quidem sputa & alapas in faciem, alius pugnos in collum ingerebat: hic crinibus, ille barba eum trahebat. Quidam vero, ex ingenita malitia, ipsam speciosissimam illius faciem crudeliter unguibus lacerabant. Testatur hoc ipsum*

5.
Mat. 26
Respon-
det tanquam
ad nomen
divini
nominis adju-
rationem

Profite-
tur se esse
filium
Dei, &
mundi
iudicium

Prophet-
ea barba-
ro furori
a Iudaeis
venatur,

per

MARGARITUM SPIRITUALE. 87

DOMINICAE PASSIONIS IN EXPLICITIO. per Prophetam, dicens: *Dedi genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me.* Nimirum fecerunt in eum quidquid voluerunt, nec crudelitate extlatiari poterant. Imò si possibile fuisset, in ardente illa furia ipsum in nihilum redegissent. Sed necdum venerat hora ejus. Mos erat Judæis, ut si quempiam tamquam impiū & reum contumelia afficere voluissent, in faciem illius, velut Dei injuriam vindicantes, sputa congererent: idque tam intemperanti crudelitate nonnumquam faciebant, ut plerosque extinguerent & suffocarent. Ideoque sentire nobis licet, cruciatum hunc Domini ipsa morte non fuisse minorem, eumque in hac gravi angustia extinguendum fuisse, nisi Divinitas illius ad majora perferenda supplicia eū conservasset.

Ut enim Evangelista ait, nō spurcerunt tantum, sed etiam expuerunt; quod est, ipsos potentia phlegmata sua ex imo pectore extraxisse, ejscisseque in faciem & benedictum vereque suavissimum os illius. Nulli umquam latroni, etiam morti jam adjudicato, tanta est illata contemptio, irrisio, vituperatio, quanta Domino etiam necdum condemnato. Enimvero tam indignis eum modis tractauerunt, ut pene nullam hominis haberet speciem. Nam gratiosa illius facies ex plagis intumuerat, sputis obsita, sanguine rubricata, vnguibus lacerata e-

rat, pariterque sanguis & phlegmata commiscebantur: unde tam miseranda apparebat species ejusdem dulcissimi Salvatoris, ut vel saxeam potuisset pectus ad miserationem compassionemque convertere. Et quia tanta erat faciei illius gratia, ut solo aspectu peccatores emolliret, sibi que attraheret, idcirco eam impii illi obvelaverunt, ne qua benignitate vel misericordia moverentur, sed omnem suum furorem crudelitatemque in eum pro voto effunderent. Itaque jam tunc absque ulla misericordia crudelissime eum verberabant, simulque irridiculè dicebant: En prophetam nostrum: *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Atque ita patientissimo Domino quicquid molestiæ, contumeliæ ac cruciatus diabolico suo poterant corde concipere, irrogabant.

Postquam verò omne in illum suæ acerbitatis virus Judæi evomerant, prorsusque jam defatigati erant, viribusque defecerant, suis eum ministris tradiderunt, ut id quod reliquum erat noctis, in illius custodia & vexatione expenderent; & ipsi membra sua quieti dedere. Ceterum exhausto, nimumque lasso & excruciato Domino, nulla quies vel respirandi facultas data est: sed nequissimis traditus est satellitibus, qui tota illa nocte inhumaniter eum vexaverunt. Divi Hieronymi quidem sententia est, molestias illas & pœnas, quas Domino illa

Velatur facies, colaphis caditurque

Mat. 26.

6. Barbari satellitibus illum dendum traditur.

Oculi eruciatu Domini, quos Evangelista non deserunt.

Miseranda species Christi Domini à ludæis exagitati.



DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA.

* Praxis
offeren-
di Deo
occultas
Domini
lesu pe-
nas pro
occultis
peccatis
mostris.

7.

Isaia re-
fuit Chri-
stum in
cruciatu-
bus pos-
sum le-
proso cõ-
paravit.
Isa. 53.

illa nocte intulere, ante extremi
iudicii diem non fore manifestas.
Unde devoti * quique, qui in
Dominica se cupiunt passione ex-
ercere, aliquid ad honorem oc-
cultorum illorum Domini cru-
ciatum facere deberent, eosdem-
que Patri caelesti (cui utique be-
nè noti sunt) pro suis occultis &
ignotis offerre peccatis.

Nunc igitur, ô anima mea, &
quotquot Jesum diligitis, eam
cum interno dolore visum, quan-
tis in angustiis & afflictionibus
ipse dulcis Jesus tunc erat. Cujus
cor à lacrymis sibi temperet, Do-
minum gloriae, caeli Regem tam
turpiter tractari videns? *Vidimus
eum (inquit Propheta) & non erat
aspectus: & nos putavimus eum quasi
leprosum & percussum à Deo, & hu-
miliatum.* Scindant verba hæc
cor tuum, ô anima mea, statua-
que modò formam hanc sive ima-
ginem maximè afflictam ob ocu-
los ipsius cordis tui: eamque tam
miserandam fuisse intellige, ut
Propheta ille illuminatus nullis
eam potuerit verbis exprimere,
sed leproso eam comparet, cujus
nemo non exhorret aspectum.
Quandoquidem amabilis Christi
vultus aded ex plagis insumue-
rat, & sanguine obductus, phleg-
matibus repletus, unguiumque
laceratione dissectus erat, ut non
esset species ei hominis, neque de-
cor. Penetret passio ista cor tuum,
ô anima mea, inflammet te in-
gens charitas que hæc operata est.

Et quid, oro, factura fueras, si co-
ram illic adfuisses, vidissetque
tantum contemptum & tantam
afflictionem inferri Domino tuo?
An non ex ardenti amore in il-
lius irruisses amplexus, defor-
memque ejus faciem tuis abluis-
ses lacrymis, & amanter osculara
fuisses? Nonne verbis maximè
amicis & consolatoriis, quæ qui-
dem excogitare potuisses eum
fuisse affata, dicendo: O dulcis
Jesu, amabilis Domine DEUS
meus! jam amplius ferre non po-
test cor meum, quòd ita te perse-
quuntur, despiciunt, & inhumana-
niter tractant impij isti. Jam ip-
sum cor meum præ dolore scinde-
tur, si te diutius in his miseriis
videro. O Jesu, spes, solatium &
amor meus, quem diligit anima
mea! quis mihi det ut ego pro te
patiar? non enim tu peccasti, sed
ego. O pulcherrime & speciosis-
sime inter filios hominum: quo-
modo ita deturparus atque de-
formis effectus es? Certè propter
peccata mea factus es opprobriũ
hominum, & abjectio plebis. An
non, ô anima mea, his dictis, Do-
minum tuum brachiis comple-
xans defenderes, hominesque im-
pios reprehenderes, dicens: *Qua-
sò, tantà crudelitate in Filium Dei,
Regemq; gloriae, debacchari nolite.
me potius rapite, qua peccavi, &
morte digna sum: in me spua con-
gerite, me irridete, me pugnis atte-
rite, in me denique omnem furorem
vestrum explete, tantùm ut IE-*

Hic totus
affectus
Christi
Domino
compa-
riatur
anima
devota.

Psal. 46

Psal. 25

SUM

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
TIO-

SUM Dominum meum missum faciatis.

Quantū
hinc con-
demnetur
nostra su-
perbia,
impatien-
tia, &
vindicta
cupidi-
tas.

Erubescere hic, & homo superbe, & vile stercus, qui tibi aliquid esse videris, oblitus cinerem, lutum, & ipso quoque nihilo te minus esse. Aspice ut Filius Dei ob peccata tua humiliatus est, ut gloria cæli, tui causa contempta & nihili ducta est. Adverte, vindictæ cupide, inflexibilis, crudelis, & impatiens, sed terræ pulvis, quomodo Dominus Dominorum omnem hanc gravissimam afflictionem patientissimè tulerit, idque à vilissimis mancipiis; & quidem pro sceleribus tuis. Certè in omni hac molestia & vexatione nec semel eum invenies frontem in rugas contraxisse, vel os aperuisse ad maledicendum. Et tu, miser, verbulum unum ferre nō potes propter Deum, quin mox iracundiam tuam verbis, actibus, signis, gestibus & aspectu reteris. Repentè erumpis in querelas, in murmuraciones, in impatientiam, nolens vel tantillam ferre crucem à Deo humeris tuis impostam, quin & grandem injuriam tibi fieri caufaris ab illo. Opraeres certè, ut in omnibus permitteret tibi Deus uti voluntate tua, omni satisfacere sensualitati & oblectationibus tuis, impleretque omne desiderium cordis tui, ad eò ut ne unum saltem verbulum asperum tibi diceretur, ac nihilo minus per sua merita veniam daret cunctis iniquitatibus tuis, & absque poena te in suam eveheret

Propria
etiam vo-
luntas &
sensuali-
tas.

æternam gloriam, (videlicet ea dignus es.) Velles, inquam, ut in omnibus submitteret ille se tibi, & propter te injustus fieret. Sed falleris profusus, falleris. Non tam vile habet regnum suū, carius id ei constitit. *Oportuit pati Christum, Luc. 24. & ita intrare in gloriam suam: si tu pati recusas, foris remaneto. Ipse ait: Si quis vult post me venire, & abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Sic enim de Sanctis omnibus legimus, plurima eos gravia & aspera perpeffos, quò digni fierent esse coheredes Christi in regno Patris illius.*

Luc. 24.

Mat. 16

CAPUT VI.

Maria mœstissima Mater Filio suo afflicto compatitur, eundemq; amore ardens prosequitur.

1. Fides Mariae nunquam vacillavit, sed unà cum Filio, & ipsa eum in passione Deo pro mundi salute obrulit.
2. Etiam ipsa suo modo pro nobis passa est, propter tenerrimam compassionem in omnibus Filii sui doloribus.
3. Praesertim ab ea hora qua Christus Iudaeorum voluntati traditus fuit.
4. Pia ponderatio doloris virginei, verborumq; qualia tunc ipsam fuisse verisimile est.
5. Mœstissima profectio Virginis ad locum, ubi Filius ab impiis passurus fuit.
6. Mutuus aspectus Matris & Filii in panis constitui, quàm fuerit utriq; dolorificus.

VIDEAMUS nunc quò piissima DEI Mater abierit, & utrumne uspiam in publicum proditura sit, vel forsitan cum Apostolis deseruerit Filium suum. Certè, quamvis in Apostolis fides titubaverit, timor oves disperse-

1.
Fides
Mariae
nunquam
in tota
passione
vacilla-
vit, et si
Apostoli
tituba-
rent.

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
XIO.

rit à pastore, licet palmites à vite
abscissi sint; attamen ramus unus
integer permanit & illæsus, qui
est beata Virgo Maria, succo fidei
plena. Neque enim possibile erat,
ut in hanc dubitatione incidere
Mater Christi, essetne Jesus Filius
Dei, utpote quem absque viri cõ-
tactu, ex sancto se noverat Spiritu
concepisse: nec ulla ratione
põterat eum deserere, cum quo ef-
fecta erat unus spiritus in D E O.
Prorsus verisimile est, Spiritum
sanctum omnes vires animæ Dei-
paræ Virginis complexum esse,
fortiterque sibi totam illius vo-
luntatem, intellectum, amorem
& affectum vendicasse: creatum
spiritum illius erigens ad gloriam
Patris, eamque legi & Scripturis,
quæ erant de Filio ejus, reddens
subjectam. Unde sicut Christus
non seipsum quæsiuit, sed gratif-
simam Patris voluntatem, & sa-
lutem exequi animarum: ita &
Maria unigenito Filio suo non
pepercit, sed & ipsa eum ultrò ad
omnem illam obtulit passionem,
quam ab eo Deus Pater exigebat
tolerandam. Nec attendit dolo-
ris gladium quo cor suum scin-
dendum erat, non thesaurum
pretiosissimum quo privanda erat
consideravit, sed totam se cum
omni facultate sua in gratissimam
reignavit Dei voluntatem, para-
ta omnem ferre pressuram, affli-
ctionem, & gravissimos crucia-
tus, qui hinc accidere possent.

2. Nulli sanè ambiguum esse de-
bet, beatissimam hanc Matrem &

Dominam nostram tanto erga modo est
Christo
pro nobis
passa fuit
Deum & cunctos homines amo-
re flagrasse, adeoque salutem firi-
isse animarum, quòd & ipsa li-
bentissimè crucis subiisset mor-
tem, si ita visum fuisset omni-
potenti Deo. Et quia id fieri non
debebat, tantam intrinsecus cru-
cem & dolorem sustinuit, quan-
tam absq; cordis diruptione ferre
potuit. Nulla umquam genitrix
tanto amore filium suum comple-
xa est, ut Virgo beatà unicum
suum: nec ulla umquam sic do-
luit ob filii injurias, ut ipsa. Hinc
pectus ejus maternum præ dolo-
ris acerbitate indicibiliter scinde-
batur: & ipsa propter nos porta-
bat passionis crucem una cum Fi-
lio suo, dolorisque gladium sen-
tiebat peracutum. Nemo æstima-
re sufficit, quas curas, quæ onera,
quantam penuriam, afflictionem,
molestiam, triginta tribus annis
cum eodem Filio suo pertulerit.
Enimverò quidquid persecutio-
nis & afflictionis à Judæis unicus
ejus perpessus est, id omne ipsa
semper sustinuit. Nihil enim mo-
lestiæ vel doloris (illa inspicien-
te) poterat inferri Filio, quin ani-
ma ipsius, quæ in Filio per mi-
rabilem quemdam amorem habi-
tabat, simul cruciaretur.

3. Et cujus cor cogitare possit,
quantam perpeffa sit crucem &
afflictionem nocte illa tristissima,
qua dilectus Filius ejus manibus
est traditus hominum impiorum,
& à propriis relictus discipulis?
* Satis quidem credibile est, eam

(quo-

Unde cum
Filio suo
ipsum in
passione
obtulit
pro salu-
te homi-
num.

3. Hæc

Quia ve-
nerimus
compati-
ebatur
omnibus
Filiis sui
cruciatu-
bus.
Luc. 2.

Idem ma-
xime à
tempore,
quo com-
prehensus
fuit à Ju-
dæis Ma-
riæ filius.
* Hæc

DOMINICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
TIO.
de B. Ma-
ria ma-
tre Do-
minil-
fu pati-
entis
pic cre-
dimus
& utili-
ter me-
dita-
mur. Si-
enim
Proph-
etis de
Passione
Christi
multa
præfite-
sa, cur-
id Mat-
Dei ne-
gabi-
tur?
Puratur
Christus
qua pas-
surus e-
rat, Ma-
tri præ-
dixisse &
præmon-
strasse.
4.
De vultu
perpendit
dolorum
Virginis
Matris,
& verba
que do-
lor ei ex-
primere.
Luc. 2.

quoniam plena erat Spiritu san-
cto) vidisse in Spiritu omnem do-
lorem & cruciatum, quem uni-
cus ejus nocte illa horribili ex-
pertus est. Sicut enim ipse pul-
cherrimo, juvenili ac florido cor-
pori suo, ob salutem hominum
parcere noluit, quin illud morti
traderet; ita nec materno cordi
pepercit, quò minus gladio illud
doloris permitteret transverbera-
ri. Unde etiam omnem suam pas-
sionem eidem amantissimæ Geni-
trici suæ prædixit, quò meritorū
suorum omniū & afflictionū eam
participem faceret, ut quæ mater-
na ubera ejus cunctis referta me-
ditis, semper lac gratiæ in prom-
ptu habeant, quod vbertim effun-
dant in singulos quosque, qui ea
per devotas preces comprimere
saturant.
O Maria mœstissima Mater:
quàm acerba, quàm tristis, nox
ista tibi fuit! Ut gladius Simeo-
nis sæviit in corde tuo! O quàm
luctuosa verba, quàm miserandos
gemitus, quàm ignita in cælum
suspiria edidisti: Quàm feruido
corde cælestem Patrem rogasti
pro Filio tuo, eum totum illi of-
ferens & commendans! Et licet
necdum corporaliter adesses Fi-
lio tuo, hoc ipsum tamen quòd
eum pati sciebas, ad eò scidit cor
tuum, ac si ipsamet in tuo fuisses
passa corpore: ipsumquæ cor tuum
velut in ardenti fornace intra te
torrebatur, liquecebat, exaresce-
batque præ amore ferventissimo,
& devallante flamma afflictionis

atque crucis. Quis cogitare queat,
quàm ignita verba, quàm fervi-
das amoris scintillas, tota illa no-
cte ardentissimam cor tuum emi-
serit? Forsthan enim hoc similive
modo dicebas: O Jesu fili mi, fi-
li mi dulcissime Jesu! quis te mi-
hi eripuit? Quis matrem à tam
charo separavit pignore? Ut quid
non video te lumen desiderabile
oculorum meorum? Quis det
mihi, Jesu fili mi, ut ego pro te
patiar, pro te moriar? O Jesu uni-
cum cordis mei solatium! cur nõ
tecum iui ad mortem? cur non
confestim te secuta sum abeun-
tem? O dulcis Jesu, bone fili! ubi-
nam hodie pernoctas? in cujus es
manibus? Quidnam modò pate-
ris? O si furentes Judæi suam in
me crudelitatem evomere vel-
lent, tantum ut tu illæsus abires!
Multò quidem mihi dulcius esset
mori, quàm in tantis angustiiis
videre te dulcissimū unicum me-
um. Certè afflictio mea multa ni-
mis est cor meum abundat amari-
tudine, spiritus meus deficit præ-
pressura, dolorque meus huma-
nam vincit afflictionem. Hoc si-
miliquæ modo benedicta Christi
Mater seipsam tota nocte illa flē-
do, gemendo, lamentando exhau-
sit. Et quomodo sanguinarii il-
li, numquam à Christi vexatione
& inhumanis afflictionibus absti-
nuere; ita nec doloris gladius vel
brevis tempore à materni cordis
compunctione cessavit.

O Maria fidelissima parens! quo
tunc animo secuta es Filium tuū?
Ni-

Qualia
cogitare
possumus
Virginis
fuisse lamen-
ta &
exclama-
tiones.
Tob. 10.
2 Reg.
29.

5.
Mater
sequitur

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS IX-
PLICA-
TIO.
Filium
ad locum
ubi ab
impiis
paticba-
tur.

Nimirum amor ille qui ipsum Filium tuum accenderat, quò ultrò pergeret ad locum ubi calix ei amaritudinis præparatus erat, te quoque movit, ut eò properares, ubi gladius doloris exacutus erat, qui virgineum pectus tuum scinderet, & intima confoderet animæ tuæ. O gloriosa cæli Regina! quàm lamentabiliter per viâ illam deducta es ab amicis tuis! Quàm omnes illos lugubri voce tua ad lacrymas cõmovisti! Quis æstimare possit, quàm hoc iter triste tibi fuerit? Quò enim propius accedebas ad urbem, eò altius tuis doloribus immergebarris. Nec dubium esse potest, quin tamdiu iveris, donec ad conspectum veneris Filii tui, sive cum ille duceretur ad Herodem, sive cum inde ad Pilatum reduceretur, sive etiam cum eum Pilatus ad populum produceret, dicens: *Ecce homo.*

6. *Aspectu ipse munitur Matruis & Filii doloru ple-nissimu.*

Sed cujus possit animus capere, quiste dolor invaserit, cum eundem unicum tuum tam dirè ligatum, tam miserandum in modum ex verberibus, sputis, & sanguine deformem cerneret, ut penè hominis speciem amisisse videretur? Et quidem omnino verisimile est, amabilem Dominum, dulcissimam matrem suam quàm potuit placidissimè respexisse, quodque verbis nequivit, amabili fecisse adpectu. Tum verè, ò Mater dulcissima quàm liquefactum est intra te cor tuum? haud secùs quàm cera ab ignis ar-

dore. Quàm tu tota pene in lacrymas resoluta es! Licet verò apud Evangelistas non reperiantur ea quæ hîc scripta sunt; ad excitandam tamen in nobis devotionem compassionemque erga Virginem beatam, scripta sunt. Ceterum quilibet ea intra se penitus profundiusque poterit & debet meditari.

CAPUT VII.

Iesus adducitur ad Pilatum, & falso accusatus humiliter tacet.

1. Iudæi iterum in concilio Christum profiterem se Filium Dei esse, condemnant, & Pilato damnando præsentant.
2. In via euntem crudeliter divexant.
3. Falso accusant, ubi pulchra hypotyposi Christi ante tribunal mansuetissime tacentis.
4. Excitatio ad humilitatem, patientiam, & charitatem: quàm execrabili nostra impatientia, comparata mansuetudini Domini!

HORA primâ omnes illi sanguinarii Judæi manè admodum convenerunt, ut Jesum neci traderent. Peltifera namque invidia quâ plenerant, nullam eis permittebat requiem, & insanus furor prorsus eorum devastabat exurebatque pectora: cum avidissimè sitirent Agnum mitissimum perdere, atque ejus innocentem effundere sanguinem. Itaque in suum eum adducentes conciliû, denudè examinaverunt; ex cuius verbis cum audissent quòd DEI Filium se diceret, ita vociferati sunt: *Quid adhuc egemus tibi? Ipsi nos audivimus ex ore ejus.* Tum verò eum turpiter ligatum atque deformem adduxerunt ad Pila-

i.
Rursum
Iudæi
Christum
se Messia
fatentem
damnari
Ioan. 8.
Luc. 23.

Mat. 26.
Præsen-
tanti cum
Pilato.
Luc. 23.

DOMINICAE PASSIONIS EXCELICANTIO.
 Pilatum, ut morti adjudicaretur. Et quidem ignomiosissimè eum obtulerunt, ut Pilatus ira illum à Judæis despectum, & à Principibus Sacerdotum condemnatū ac reprobatum videns, scelestum nebulonem eū esse crederet; & sic etiam indistā illius causā mortis sententiam ferret, ipsumque Sacerdotum traderet impiissimæ voluntati.

2.
Crudeliter venant ementem.
 Attende nunc, ô anima mea, cum dolore & compassione vehementi, quomodo homines truculenti Dominum Deum tuum victum & miserabiliter deformatum, ad judicem incircumcisum adduxerunt, ab eo judicandum. O quis cogitare queat, quæ convicia, quas afflictiones, quos contemptus dulcissimo Jesu in via illa irrogârunt! O quanto cum opprobrio Dominum gloriæ ad hominem profanū & Ethnicum adduxere, ut mortis ab eo sententiam acciperet, ac si unus omnium sceleratissimus latro fuisset!

3.
Seditio nis & blasphemia calumnias falsò ei imponit.
 Ubi verò jam ad Pilatum ventum est, mox instar canum, absque judicio & ratione ulla, suos unà edidère latratus, & Dominum Jesum falsò accusantes, multa in eum mendacia congesterunt, ut Pilatum clamore obtunderent, ferocique verborum strepitu obtinerent, quod veritate & jure probare nō poterant: utque Pilatus, dum omnes idem petere cerneret, omnibus se opponere vereretur. Hic nunc, Christi fideles omnes, videamus, ut

Hypotyposis Christi

Dominus noster velut agnus innocens illic steterit, paratus nostræ salutis causā in mortem immolari. Sedebat Pilatus multo fastu turgidus ut judex: hinc atque inde latera illius stipabant tortores ferocissimi, Pilati sententiam expectantes, parati crucifigere & enecare: à tergo stabat impia crudelium Judæorum turba instar leonum rugiens, & horridos edens clamores. Inter hæc omnia agnus mansuetissimus os suum benedictum non aperuit, utpote paratus mori pro salute miserorum. Immites illi ac impiii Judæi terribilibus in eum oculis torvoque aspectu intendebant, frendentes dentibus suis; at amabilis ac pius Dominus stabat humili verecundia, depressus oculis, victus manibus, paratus bibere calicem sibi à Patre datū. Et Pilatus tanta humilitate & patientia non ad benignitatem, sed potiùs ad dedignationem motus, Christum asperè satis allocutus est, dicens: *Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?*

si inter accusatores coram Pilato stentibus.

Iob 16.

Ioan. 19.

Ah! quis non ad humilitatem, ad patientiam, ad amorem accendatur, ubi advertit, quàm humiliter Dominus dominorum, qui judicaturus est vivos & mortuos, coram vili altitit peccatore, condemnandus ab eodem, quantaque cum patientia omnem illam injuriam, probra, confusionem, contemptum, & ignominiam per-

4.
Discimus hinc humilitatem, patientiam, & charitatem.

O

per-

DOMI- perpeffus fit? Et tamen nos mife-
NICAE ri vix verbulum, Dei amore ferre
PASSIO- valeamus; fed fi quid nobis ad-
NIS EX- verfi inferatur à proximis, mox
PLICA- erumpimus in querelas & mur-
TIO. murationes, totumque annum

iram atque odium nostro gesta-
mus in pectore, nosipfos per iræ
infaniam miserè devaftantes: nec
attendimus, quòd Dominus ma-
jeflatis quotidie tantam à nobis
contumeliam, infidelitatem, &
injuriam fultinet, dum facra il-
lius mandata toties contemni-
mus, ejus obfifimus voluntati,
ipfius gratiam negligimus & in
vacuum recipimus, atque indies
eum denuò crucifigimus, irride-
mus, vulneribus diris confici-
mus, facrumque illius effundi-
mus cruorem. Neque enim exe-
cranda & odibilia veremur pec-
cata admittere, propter quæ Chri-
ftus ita perpeffus eft. Et quidem
ipfe benigniffimus Iefus femper
peccatis noftris ignofcere, eaque
oblivifci, & nos in gratiam reci-
pere paratus eft, fi modò toto cor-
de à peccatis averfi ad ipfū còver-
timur: paratus, inquam, eft inter-
ceffor & advocatus noster effe ap-
pud Patrem, ac feipfum totum
cum omni paffione fua illi offer-
re pro delictis ac negligentis no-
ftris. At nos inflati vix injurio-
lam remittere, aut eos, qui nos
offenderunt, placidis oculis in-
fpicere poffumus. Ah! pudeat
nos noftri, & poft hac Dominum
Iefum diligentius imitemur.

*Quam
culpabi-
lis fit in
nobis im-
patientia
intruen-
dibus ma-
fuetudi-
nem Chri-
fti in to-
ta paffio-
ne.*

CAPUT VIII.

*Iefus mittitur à Pilato ad Hero-
dem; ibique accufatur, fperni-
tur, ac vefte alba illuditur.*

1. Pilatus mittit Chriftum ad Herodem. Trifto
fpectaculum, vidiiffe Chriftum in via tam crudeli-
ter à Iudæis affictum.

2. Hinc diftat anima feipfam abnegare, vò
Chrifto fponfo conformetur.

3. Herodu fuperba curiofitas à Chrifto fruflra-
ta: Iudæorum tumultuofa accufationes; filen-
tium Chrifti.

4. Vbiq; Chriftus contumelias pertulit, nulli-
bi confolationem accepit. Vefte alba tamquam
fatuus induitur.

5. Miferanda proceffo Chrifti, hinc inde eum
tanta ignominia raptati.

6. Iefum, qui hac patitur, Deum fimul & ho-
minem confidera, ut profundius humiliers. Con-
tra nimium ornatum veftium.

POSTEA quàm Pilatus falfas
omnes & iniquas Iudæorum
accufationes audierat, videratq;
nullam eos mortis caufam in Ie-
fum conferre poffe, ut cognovit
illum Galilæum effe, mittit eum
ligatum ad Herodem, qui tunc
Galilææ dominabatur. O quan-
ta cum ignominia & crudelita-
te impij Iudæi Dominum maje-
ftatis, cui omnis debetur honor
& gloria, per civitatem in con-
fpectu omniū deduxerunt: quan-
doquidem civitas illa plena erat
populo: unde & magna haud du-
biè hominum concursio facta eft,
Chriftum videre cupientium. Ira-
que factus eft Dominus majefla-
tis fpectaculum Deo & homini-
bus. Quidam eum habuere irri-
fui, & multis injuriis atque mo-
leftiis affectere: alij currentes poft
ipfum, probra & contumelias in
eum congelfere. O quantopere

1.
Mittitur
Domino
à Pilato
ad Hero-
dem.
Luc. 23.

O maffu
fpectacu-
lum, vi-
diiffe Chri-
ftum in
via à Iu-
dæis bar-
barè ve-
xatum.

cum

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

cum dulcissimo Iesu festinave-
runt, de uno ad alium iudicem
eum pertrahentes! O quam om-
nia illius membra ægra erant, &
malè affecta ex lassitudine, &
multiplici afflictione, quam nocte
illa sustinuerat! Quàm pedes ejus
attriti & læsi erant ex plateis la-
pideis, cum & inclementes illi
immodicè properarent, & Do-
minus nudis pedibus incederet!

2.
Abnega-
te ipsum,
ni Christo
conforme-
tu quasi
sponsa
sponso.

Disce hîc, ô anima mea, ex
sponso tuo abnegare te ipsam. Si
enim grata illius sponsa, fidelis-
que imitatrix esse cupis, ita te
omni voluntate propria & ele-
ctione oportet esse destitutam, ac
si numquam, quid sit Velle, per-
spectum habuisses: patiariisque te
mitti ab uno ad alium, ultrò ci-
troque, ad summum, ad infimum,
foras & intrò; sisque semper spon-
te obediens & subdita, quantum-
libet id tuo sit sensui vel iudicio
aut sensualitati adversum atque
contrarium: sicuti & Christus ul-
trò se ad omnes istos immanes
cruciatus tenerrimæ ipsius com-
plexioni usque aded molestos
tradidit, atque à iudice ad iudi-
cem, à pœna in pœnam se trahi li-
bentissimè passus est. Numquam
interea faciem contraxit in ru-
gas, aut aspersionem, nec os
querelis ullis aut murmuri pate-
fecit. Non attendit piissimus Do-
minus, quæ probra, quas cruces,
quas injurias pateretur: sed factus
est humiliter obediens Patri suo
usque ad mortem, patienterque
se totum submisit omnibus dolo-

Philip. 2

ribus, pœnis & cruciamentis quæ
illi inferebantur.

Sic ergo crudeles illi Iesum ad
Herodem adduxerunt. Herodes
autem, cum esset curiosus & tu-
midus, ac multa de miraculis
Christi audivisset, ex multo eum
tempore videre desiderabat; sed
nullum potuit à Christo habere
responsum. Quando enim non
nili vano & curioso animo mira-
culum aliquod videre cupiebat,
planè indignus erat vel verbum
vel signum aliquod ab æterna
consequi Veritate. Hic jam ite-
rum fallaces & impii Iudæi more
canum horridos edidère latratus,
Christum accusando, ac falsos
proferendo testes, quò incompo-
sito multoque clamore Herodem
ad Christum iudicandum con-
demnandumque excitarent. Et
inter hæc omnia agnus mansue-
tissimus humiliter tacuit, patient-
ter expectans acerbum calicem
ipsi à Patre præparatum. Videns
itaque Herodes, eum neque signū
aliquod neque responsum edere,
turbatus sprexit illum, & irrisit
cum omni exercitu suo, à quibus
Dominus Iesus contumelias &
probra multa perpeffus est.

3.
Elusa est
à Christo
curiositas
Herodæ.

Iudæorū
clamo-
res, Chri-
sti silen-
tium.

Iridetur
Dominus
ab impijs
Herodæ.

Luc. 23.

Attendamus hic ineffabilem
Christi humilitatem & patientiã,
ut cruces & contumelias alias ex
aliis sustinuerit. Nimirum in lo-
cis omnibus, & ab hominibus
universis persecutiones, contem-
ptum & injuriam patitur. Nemo
est qui eum relever, qui aliquid
in eum conferat beneficii, qui

4.
Contu-
melia u-
biq; illa-
ta Chri-
sto, sola-
tum nul-
libi.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
120.
Ezal. 21.

compatiatur afflicto, qui vel consolatorium loquatur verbum. Omnes videntes eum, spreverunt eum. Juvenes & senes, pusilli & magni, servi ac domini, omnes in eum insurrexere, omnes unanimiter suam in eum virulentiam, malitiam & falsitatem evomuerunt. Cuncti avidè sitiebant illius mortem, illius innoxium ardebant sanguinem fundere. Neque enim absq; dolore & nausea eum videre poterant. Sic plane Christus Dominus factus est opprobrium sæculi, & abjectio plebis. Herodes namque non solum cum indignatione eum à se repulit, & contumeliis affecit, sed etiam veste alba ceu fatuum induit, quò hoc ipso cunctos simul homines provocaret ad illudendum Christo. Atque hac tanta cum ignominia & confusione ad Pilatum eum remisit.

Induitur
veste al-
ba tam-
quam fa-
tuum.

Hic quisque apud se ruminet, quàm miseranda hæc processio Christi fuerit, quando eum ita ab Herode turpiter illusum & despectum vilissimi servi illi velut fatuum irriferunt, & ingenti cum contemptione abjecerunt, aliis pugnibus & aliis pedibus eum contudentibus; quibusdam veste trahentibus, nonnullis maledicta & probra à tergo illius evomentibus, præter alia innumera convicia, iniurias & scommata, quibus in eum ferebantur impuri, quorum in sacris litteris non sit expressa mentio, nec certa habentur testimonia.

Sed quia filii erant diaboli, omnem Christo malitiam irrogaverunt, quam suggerente Patre suo concipere poterant. O! quanta erat hæc missio atque remissio ignominia, virum tam honoratæ vitæ vinctum per plateas publicas quasi furem & latronem deduci? quod fieri solet iis, quorum tam enormia sunt facinora, ut vix digna illis possint excogitari supplicia.

Adverte ergo, ô anima mea, acerbo cum dolore Iesum sponsum tuum, cæli gaudium, Patris sapientiam, Regem gloriæ tam turpiter confusum & contemptum, ut jam non sit homo, sed abjectus terræ vermiculus: utque non solum tamquam sceleratus & reus morti adjudicetur, sed etiam instar deliri in veste stulti irrideatur ab omnibus. O! quis tam ferreo sit pectore, ut ista eum non emolliant? Cujus non deficiat, præ ingenti admiratione, intellectus, ubi profundissimam & abyssalem hanc Dei & Domini nostri humilitatem atq; abjectionem contemplantur? En Dominus dominorum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, ut fatuus deridetur. Erubescite peccatores tumidi & superbi, coram Deo & omnibus Sanctis ejus foetentes, qui toti in hoc incumbitis, ut saccum vestrum stercorem & nidum vermium, nempe corpus vestrum, rebus pretiosis exornetis, quando Dominus majestatis, vestri causa,

alba

6.
Deu. vi.
vra est fa-
mul, &
hinc ve-
ru, qui
hæc indi-
gna pain-
tura.

Inde pro-
fundis
congeni-
see, &
humilia-
re.
Colof.
Citra mi-
mum et-
natum
corpore

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EK-
PLICA-
TIO.

alba ac contemptibili veste velut
stolidus despectus est.

CAPUT IX.

*Iesus ab Herode remissus ad Pila-
tum nudatur, & flagillis crude-
lissimè laceratur.*

1. Iudæi furore, non iure contra Christum agunt; Pilatus eum conatur dimittere, sed Iudæi Barabbam preferentes, Christum ad crucem de-
poscunt.
2. Traditur ergo Christus tortoribus flagellan-
diu. Admirabilis hęc patientia Domini condem-
nat irrefrenatam cervicositatem nostram.
3. Christum ab impijs satellitibus nudatur, co-
lumnæ alligatur, flagellu caditur: in totum cor-
pus ipsius faciunt tortores.
4. Quam horrendus fuerit hic cruciatus, quan-
to amore nostri à Christo toleratus! Numerantur
vulnera flagellationu.
5. Excitatio ad compassionem.
6. Ad laudandum & amandum, ipsi nos con-
formandum.
7. Imago mostissima Christi flagellu dilacera-
ti, amanti anima objecta.

1.
Furor &
rabies Iu-
deorum
contra
Dominu.

HINC jam crudelissimi Judæi
Christum ad Pilatum redu-
xerunt, denuoq̄ue suas in eum
acculationes acerrimè intende-
runt, quò mortem illi adferrent:
rursuq̄ue horrendis clamoribus
Pilatum obruere moliebantur,
quandoquidem nullam ratione,
æquitatem, vel causam adversus
Dominum proferre poterant. Ita-
que vociferando veritatem op-
pressere, rationem obnubilârunt,
justitiæ obscuritatem attulere.
Ceterum Pilatus, cùm adverteret
solâ invidiâ Judæos adduci, ut
Iesum neci dare appeterent, &
Herodem similiter nullam in eo
mortis causam invenisse; nihil
intentatum reliquit quo Domi-
num liberaret. Et quia ratione

Iuc. 23.
Mat. 27.
Pilatus
conatur
innocen-
tem di-
mittere.

Judæi placari non poterant, scilicet
scitatus est ex eis, si eum, pro con-
cesso ipsis privilegio, ad Pascha-
lis solemnitatis honorem, dimit-
ti vellent. Sed omnium una voce
exortus clamor est, Barabbam se-
velle. O ingens cæcitas, & insa-
tiabilis ferocitas Judæorum! Ô
infelix permutatio! lupum præ-
agno elegerunt; scelestum & odi-
bilem nebulonem, præ justo &
innocente homine; impium de-
nique & latronem, præ viræ au-
ctore. Quæsit deinde Pilatus,
quid de Jesu faceret. Et illi fremitu
horrissono clamabant: *Crucifige,
crucifige eum. Pilatus respon-
dit: Regem vestrum crucifigam? Quid
enim mali fecit? Nullam causam
invento in eo.* Verum, quò ar-
dens furia vestra, & livor viru-
lentus temperetur, & sitis cruen-
ta non nihil restinguatur, etiam
sine causa, contra mentem meam
tamen, eum castigabo, corripi-
amq̄ue: ut vel sic compuncti, im-
meritam & innocentem illius
mortem appetere desinatis. Tunc
itaque Pilatus Christum suis tra-
dit ministris & tortoribus, ut eum
flagellarent.

Iudæi
malunt
Barab-
bam, quâ
Christum
sibi libe-
rum do-
nari.

Iesum
postulans
ad Cru-
cem.
Luc. 23.
Ioan. 19

Veni nunc, ô anima mea, ge-
mebundo corde, & vide uti spon-
sus tuus Iesus, cæli gloria, immi-
tissimis traditur manibus vilium
servulorum, quò sævam in eo ex-
pleant malitiam suam. Vide ut
sanguinariis illis facultas detur
& potestas, purissimum, nobilissi-
mum, floridum & virgineum
corpus illud discerpenti, regium-
que

2.
Flagel-
landus
Dominus
tortori-
bus datus
à Pilato.

DOMI-
NEGAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

Philip. 2
Admi-
randa
Domini
patientia

Damnat
irresigna-
tam cer-
vicostia-
tem hu-
mana in-
obedien-
tia, pra-
sertim in
Religiosis
hominibus.

que diffundendi cruorem. Aspice quam spontè, quam benignè, quam humiliter Dñs dominorū, abjectis illis sordidisque mancipiis sese tradit ac subiicit, omnè in se malitiam illorum crudelemque tyrannidem expleri sinens, factus obediens caelesti Patri usq; ad mortem. Nec unquam aperuit os suū benedictum ad maledicendum conquerendumve, nec manus pro sui ultione extendit, nec faciem mutavit ad iram seu indignationem; sed benignè totum corpus suum tortoribus exposuit. Attendite hæc, quotquot estis cervicosis, elati, superbiq; Religiosi, qui fictam quamdam extrinsecus præfertis speciem obedientium, ac verè religiosorum hominum: intrinsecus autem prorsus irresignati, morosi, propriæque voluntati dediti estis; quibus diuturnior pax non est, quam dum facere vel habere vobis permittitur, quod libenter facitis habereque desideratis. Sed quæso advertite, quam ultrò se Christus ad mortem obrulerit, quantoque cum affectu acerbum passionis suæ calicem aggressus sit, licèt illum tantopere natura ejus horreret. Itaque ex ipso exemplum capite, elatamque ac rigidam cervicem vestram subter divinam correctionem, & subter Dei ac Superiorum vestrorum (qui Dei erga vos vicem gerunt) mandata submitte: certi, quòd quidquid contemptus ac rebellionis à vobis Prælati vestri acceperint, id in

ipsum Deum Optimum Maximum redundare.

Hinc jam lictores ac satellites Præsidis furibundi, Christum rapientes, vestibus illi ferociter detractis, ipsum cæli creaturarumque omnium conditorem, qui cælum nubibus operit, & cunctis esse largitur, inverecundè nimis denudârunt. Itaque stabat illic speciosissimus & elegantissimus mortalium omnium, virgineo affectus pudore, in innocentia simplici. O quanta crux erat honestissimo cordi illius, quòd tam turpiter nudatus coram vilibus illis scurris assistere cogebatur! Deinde tam inclementer ad columnam eum ligaverunt, vt (quæ admodum legitur) caro illius funderet: tanta erat teneritudo & mollicies naturæ illius. Quin & hoc scriptum reperimus, præ crudeli illa funium constrictione, sanguinem ex digitorum unguibus erupisse. Id verò ea de causa fecerunt, ne ex eorum manibus elaboretur, quandoquidem maleficum & impostorem eum habebant. Post hæc immites illi elegantissimumque sacratissimumque Christi corpus tam inhumaniter dilacerârunt, vulneribusque undique inflictis exarârunt, & tam virgis quam aliis terribilibus flagellis, (quæ invido corde suo invenire poterant) discerperunt, ut totus sibi ipsi dissimilis esset, universo corpore ejus sanguine perfuso, & cruentis scatenre vul-

ne-

3.
Redundatur
Iesus ab
impis sa-
tellitibus,
ut
flagru-
scatur.

Ad con-
lumnam
inhuma-
niter ali-
ligatur.
O cristu
hypoty-
pofis pro
devota
anima,
Christi
sponsa!

Virgibus
flagru in
clemen-
ter dilacerantur.

DOMINICAE PASSIONIS EXPLICATIONE.
 Id est per totum corpus reuerentissimum.
 neribus. Neque enim cutem dumtaxat illius virgis disciderunt, sed etiam sacratissimam carnem ejus inhumanis discerpere cruciatus, adeoque dilaniarunt, ut omne ejus corpus ceu excoriatum videretur, malignis illis vulnus addentibus vulneri, pœnam pœnæ, dolorem dolori. Cumque jam dorsum illius tam crudeliter dilacerassent, ut non nisi sanguinem videre esset & vulnera; eum solventes, dorso ad columnam (ut quidam affirmant Doctores) reliigarunt, manibus supra caput simul alligatis. Tum verò sacrum ejus ventrem, quo prius columnam attigerat, necdum admodum læsum, de integro vulneribus crebris affecerunt, consideruntque, uti prius dorso fecerant. Et hi forsitan recentes fuere carnifices, qui suam non minus quam priores in Dominum evomere crudelitatem.

4.
 Cruciatu hic flagellacione sine misericordie horrendum.
 * Bonaventura vulnera Christi 5000. fuisse ait; alii plura numerant.
 Cogitemus hic, obsecro, quantum senserit cruciatum Dominus Jesus, cum vincula, carni ejus jam inserta, evellerentur, rursusque injicerentur extracta, ac denuò inhumaniter ipse sauciaretur, verberibusque conficeretur. * S. Bonaventura ait, plusquam quinque millia vulnerum hic Christum excepisse. Nimirum adeò hic deformis & miserabilis effectus est, ut non solum ministri verberando, sed homines etiam aspiciendo defatigarentur. Atqui nihilominus Benignissimus Salvator noster stabat illic pleno cum affe-

ctu & ardentissima charitate omnem hanc afflictionem & pœnam pro nostris peccatis patientissime sufferens, elegansque ac floridum corpus suum cœlesti Patri pro salute nostra desiderabundè offerens hostiam vivam. Enimverò numquam tanta salutis nostræ causa perpessus est, quin plura pati desideraret in gloriam Patris; utque nobis incomprehensibilem & ardentissimum cordis sui amorem testatum redderet, & re ipsa quam evidentissime declararet. * Nihil quidem jam sanum & integrum in illius relictum erat corpore: & integer adhuc ac indistractus in eo perseverabat affectus majora patiendi. Flagella tortorum totum ejus corpus crudeliter lacerarant: & amor nihilominus cor ipsius in patientia servabat illæsum. Iam ministri pene flagellando defecerant: & Christus secundum affectum necdum fatigatus erat. Ubertim sanguis ejus pretiosus ex membris omnibus ad peccatores defluebat in terram: & spiritus ipsius per gratitudinem erigebatur ad Patrem in cælum. Sacrum illius corpus ictibus peccatorum subfacebat, purpureoque cruore tingebatur: & preces cordis ejus per Angelos ad Patrem in cœlestia ferebantur. Dorsum, & caro, ac sanguis ipsius defluebat: sed sursum tendebant gemitus & ignita desideria, quibus omnem hanc afflictionem Patri pro cunctorum offerebat salutem mortalium. Et quam-

Quanto amore Christum hunc cruciatum pro nobis persequeris.

* Observabit pius Dominicæ Passionis meditator antithetista devotissima tormentorum acerborum carnis obflagellationem, & dulcium desideriorum cordis, ob cupiditatem non magis amandi, & plura pro nobis patienti; quæ hic notantur in Christo flagellato.

DEMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

quamvis tam inhumanis undiq;
corruptus esset doloribus, ut, ob
naturæ complexionisque excel-
lentiam ac teneritudinem, quili-
ber ictus cor illius penetraret; a-
deo nihilominus voluntas ejus &
Deo & hominibus subiecta erat,
fervensque desiderium Patris ex-
actioni satisfaciendi & redimen-
di hominem tam immodicum*
in eo fuit, ut amore victus con-
queri non posset. Neque enim
aliud poterat, quam amare, & ob
amorem pati.

* O il-
limita-
tum a-
moris
Christi
deside-
rium in
patien-
do pro
nobis!

5.

Ad sine-
ram com-
passionem
exhorta-
tio.

O anima mea, & quotquot
Deum amatis, qui pretioso San-
guine Christi Iesu redempti, & à
peccatis vestris abluti estis, veni-
te, & interno cum dolore videte
quanta fecit Deus animabus no-
stris. Quòd si ista non compun-
gunt, aut certè non commovent
corda nostra, humili querimonia
coram Deo fateamur nos ferro ac
lapidibus duriores esse. Piè inge-
miscamus & suspiremus, sed non
desperemus. Quæso aspiciamus,
ut Rex gloriæ pro nostris hic sce-
leribus vulneratus & deformis
effectus est. Vide, ò homo, si do-
lor ullus hisce doloribus ejus pos-
sit æquiparari. Atqui plura adhuc
pati paratus est. En pro peccatis
tuis libens etiam mortem exci-
piet, sanguinemque suum ad ex-
tremam usque guttulam effun-
det. Sed & ipsum cor suum tui
causa confodi sinet, ut illud tibi
patefaciat, nimiumque suum de-
clarer amorem.

6.

Ad Do-

O! qui umquam immensæ hu-

jus charitatis oblivio nos capere
potest? Mirum sanè est, corda no-
stra non prorsus liquefieri præ-
flagrantissima hac dilectione. Et
quomodo umquam ab ejus laude
atque gratiarum actione cessa-
mus? Quomodo aliquid amare
velle possumus præter eum, cujus
tanta est erga nos amoris* intem-
perantia? Aut qui in ullam aliam
curam incumbere liber, quam ut
charitati huic qualemcumque a-
moris vicem reddamus? Cur re-
cusamus vel guttulam unam myr-
rhæ acerbioris degustare causâ
illius, qui sese totum propter nos
in ipsum amarissimum passionis
pelagus immergi passus est? Qui
umquam grave nobis esse potest,
animo commemorare illius pas-
sionem, quam ipse propter nos
admodum libenter sustinuit? O
Iesu dulcissime! quæ cor tuum
vicit pietas, quæ illud chari-
tas absorbit, ut pro vilissi-
mis peccatoribus tam acerbam
tamque ignominiosam volueris
subire passionem* Ad redimen-
dum hominem satis utique esse
poterat (propter excellentiam ac
dignitatem tuæ personæ) vel u-
nam pretiosi Sanguinis guttu-
lam effudisse: sed ut nobis tuum
effluentissimum prorsusque im-
mensum amorem (quo nos com-
plecteris) indicares, te ipsum to-
tum abjecisti, totum exposuisti,
totum tam horrendum in modum
pene in nihilum redigi permili-
sti, atque pro peccatis nostris se-

minum
Iesum
laudant
dam, a-
manant,
& per
confor-
mitatem
imitan-
dam.

* Ma-
gnitu-
dinem
& excel-
sum a-
moris
atque
mensu-
ram su-
perflu-
entem
vocat
hic & a-
tibi in-
tempe-
rantiam

* Copio-
sa apud
Christum
redem-
ptio. Vi-
de D.
Thomam
3. p. q. 1.
art. 2. &
ibidem
Schola-
sticos.

cun-

DOMINICANIS EXPLICITIO. cundum rigorem iustitiæ satisfacere voluisti.

Inde jam Salvatore nostro tam dire flagellis cæso & cruentato, ut nulla pars in omni illius corpore salva permaneret, essetque corpus ejus non nisi vulnus ubertim promanans, ita ut cunctis esset aspectu horribilis; à columna absolutum, nudum & sanguinem fluentem, circumduxerunt ad quærendum vestes illius; quas, dum eam exuerant, præ ira & malicia per atrium sparserant. Consideremus, quæso, quam miserandum in modum amabilis Iesus illic incederet doloribus plenus, præ frigore tremebundus, & sanguinem manans, adeo ut singula quæque veltigia roseo suo signaret cruore. Alpice nunc, ô anima divino ardens amore, aspice, inquam, intima cum compassione, ut afflicus est dilectus tuus. Ipsa quidè peccasti: & Christus atrociter luit pœnas tuas. Ipsa concupiscentiis carnis obsecuta es: & Christus carnem & sanguinem suum pro tuis erratis ac sceleribus tam inhumanis cruciatibus afficienda tradidit.

CAPUT X.

Iesus chlamyde coccineâ vestitur, spinis coronatur, nugatorie salutatur, conspuitur & cæditur.

1. Induitur Dominus coccinea veste, & sermo dines coronatur, & arundo pro sceptro datur.
2. Spina ista peccata nostra representant.
3. Fuit hæc corona ex juncis marinis, mille aculeatæ spinas habens. Miseranda species Regis no-

stri tali sermo coronati.
4. Denuò conspuitur, contunditur, ridicula geniculatione adoratur, caput arundine percussitur.
5. Hinc colligat fidelis anima, quanta sit gravitas peccatorum, quæ causam præbuerunt in cruciatibus.

PORRO cum se Dominus post diram illam sui flagellationem, resumptis vestibus, humiliter indueret, consilia inter se egerunt satellites diaboli, dicentes: Seducitor iste Regem se professus est, itaque coronemus eum ut Regem. Moxque tota cohorte in Prætorium coacta, Iesum illuc adduxerunt, ut coram omnibus illis ludibrio & conemptui haberetur, sicque majori pateret confusione. Ubi jam denuò vestes, quas vix bene induerat, multa cum ferocitate ei abstraxerunt, vestemque purpuream seu coccineam circumdedere. Deinde coronam è spinis contextam, loco Regii diadematis, sancto illius capiti impresserunt, data ei, sceptri vice, arundine in manum: flexisque genibus irridiculè eum adorabant, dicentes: Ave Rex Judæorum, & dabant ei alapas.

Egredimini & videte filie Sion, verum Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die letitiæ cordis ejus. Verè dilexit nos, & languores nostros ipse portavit. Quæso, cum compassione non vulgari eamus visum, quàm horribiles hic pro peccatis nostris cruciatus Filius Dei pertulerit. Alta ex imo pectore tra-

1.
Vestis
coccineas
spinea corona; &
de arundine scriptum.
Mar. 15.
Mat. 27.

Ioan. 19.
2.
Cant. 3.
Spina ista
lu representant
tur peccata nostra.
Isa. 52.

DOMI-
NICAS
PASSIO-
NIS
FLICA-
TIO.

hamus suspiria, quòd nos pœna-
rum istarum causa sumus. Col-
liquescat præ dolore cor nostrum,
totumq; resolvatur in lacrymas,
quòd Deum Creatorem nostrum
execrandis sceleribus nostris tam
dirè coronaverimus. Quid enim
aliud sunt cunctæ hæ spinæ con-
textæ, quàm crudelia peccata no-
stra quæ coacervavimus? Sed cor-
rigamus nos, & jussis benignissi-
mi Regis nostri posthac obtem-
peremus.

3.

In capite
Jesu co-
rona spi-
nea ex
juncis
marinis
contexta.

Quis dicendo consequi pos-
sit, quàm impatibili Dominus Ie-
sus dolore correptus fuerit, cum
horribilis illa corona spinea tam
incommodè ei imponeretur? Ut
enim quidam affirmant, erat ex
juncis marinis, qui sunt peracuti,
& rigidi admodum. Et horum
quidem non parvam connexuere
copiam, in pilei formam eos redi-
gentes, ita ut aculei magna ex par-
te ad caput adjungerentur. Tum-
que tanta cum violentia & crude-
litate sacro Christi vertici diram
hanc coronam appresserunt, ut
(quemadmodum D. Bernardus
ait) aculei cerebrum attingerent,
iplas quoque venas, nervos, & of-
fusa capitis penetrantes: adeò ut
sanguis illius, sacro permixtus
cerebro, ubertim per faciem, per
collum, & per capillos deflueret.
Expendat hic quisq; secum, qua-
lis hæc pœna fuerit. Quid si cui-
piam ingens aliqua spina in ca-
put infingeretur, quoniam futurus
esset animo? Et certè (ut Ansel-
mus auctor est) Christi veneran-

Spina
ipsi cere-
bro infun-
da; de
quibus
extant
Medita-
tiones S.
Bernar-
di, & a-
liorum.

Mille
aculei
spinarum

dum caput vel mille aculeis com-
punctum est. Imprimamus, oro,
cordibus nostris miserabilem hanc
Dominus Iesu figuram seu speciem,
ut numquam inde recedat. Ah!
quàm deformis effectus est pul-
cherrimus omnium creaturarum!
En quomodo elegatissima Christi
facies omni decore & specie desti-
tuta est: ubi ex verberibus & pla-
gis nimis (quibus de nocte affe-
cta fuerat) tumida, unguium la-
ceratione divulsa, sputis & phleg-
matibus commixta in ea fluen-
tibus, jamque concretis turpiter
defœdata, nec non recentis hujus
sanguinis (qui cerebro permix-
tus erat) profluvio irrigata. Ita-
que tam miseranda erat species
Salvatoris, ut jam hominis non
præ se ferret imaginem. Et quis
posset etiam bruto animali non
compati, si id ita affectum videret?
Hinc Dominus ad animam
in Cantibus ait: *Aperi mihi cor-
tuum soror mea, columba mea,
sponsa mea, & tangat illud acer-
bissima passio mea: quia caput meum
plenum est rore, & cinnamini mei gut-
tus nostrum*, id est peccatorum: ac
si diceret, caput meum totum ma-
det sanguine, idque ob peccata
tua.

perfora-
tum ra-
puit: Chri-
sti, ubi
S. Ansel-
mo.

Tristitia
ma in a-
go Christi
spina re-
dimit.

Cant.

Neque tamen immites illi, om-
ni hac sanguinis effusione satiat,
nec immani hoc cruciatu & stu-
penda patientia Christi ad com-
passionem mori sunt, sed ferox
eorum animus magis ad mali-
tiam inflammatus est; ita ut de-
formem Christi vultum tam mi-
seran-

4.
Pentecostes
da Regis
nostri sa-
cerdotis
nunc cor-
pore.

**DOMY-
RICA
PASSIO-
NIS XX-
PLICA-
TIO.**
Contun-
ditur.

Thren. 2
serandum in modum affectum
denuò conspuerent cõtunderent-
que : & quidquid contumeliæ ,
contemptus , molestiæ , asperna-
tionis , vilipensionisque diaboli-
co suo poterant corde concipere ,
agno mitissimo irrogarent. Iam
caput agitabant , jam fremebant
dentibus in eum præ furoris insa-
nia , ut Propheta ait : quandoqui-
dem nesciebant quid in eum af-
flictionis & pœnæ , quidve con-
tumeliæ conferrent. Semper enim
sævum cor eorum magis illum
torquere cupiebat , nec cruenta
eorum sitis potuit expleri crucia-
tibus. Hinc genua flectentes , ir-
ridiculè adorabant eum , dicen-
tes, *Ave Rex Judæorum.* Quia verò
Christus omnia hæc mirum in
modum patienter ferebat , ita ut
ne semel quidem faciem suam ab
eorum verberibus & sputis aver-
teret ; tanto agitabantur furore , ut
exsistentes è terra , rapta è manu
ejus arundine , horribiles in cap-
ute ejus ictus darent , quibus spi-
narum aculei altius sancto illius
cerebro infigebantur : aded ut hæc
pœna etiam cor illius attingeret ,
pretioso sanguine ubertim per a-
mabilem faciem atque collum e-
fluente. Nihilominus sedebat il-
lic agnus innocens pleno affectu ,
omnemque hanc profus inhu-
manam afflictionem & pœnam
pro nostris fœtidissimis peccatis ,
ad æterni Patris gloriam patienti-
tissimè tolerabat.

Ridicule
adoratur
Mat. 27.

Arundi-
necaput
percussit-
ur.

5.
Hi orn-

dite , quanta sint peccata veltra ,
quæ tali castigatione , tam severa
correctione expiari oportebat.
Nisi graviter offensus fuisset æ-
terni Patris animus , numquã Fi-
lius Dei tanta pateretur. Itaque in
suum peccator quisque cor des-
cendat : ibique altis suspiriis &
acerbis lacrymis se horum imma-
nium Christi cruciatuum causam
esse fateatur atque agnoscat. Et
tu, sancta ac Dei amans anima, vi-
de ut sponsus tuus purpuream
coccineamque vestem gestet nu-
ptialem, in evidens argumentum
atque signum ineffabilis pietatis,
& incomprehensibilis charitatis
suæ. Vide ut in ipso desponsa-
tionis suæ die, viridem ferat co-
ronam, rubentibus ornatam ro-
sis, id est, roseo suo tinctam san-
guine : hoc ipso significans pium
se esse ac mansuetum Regem, ve-
rumque Principem amoris.

ciatus
docens
quanta
sit Deu
contra
peccato-
res ira
severitas
justitia.

Cant. 3.

Corona
Sponsi.

CAPUT XI.

*Jesus gestans coronam spineam , &
purpureum vestimentum , exhi-
betur populo spectandus , mortisq;
adjudicatur à Præside.*

1. Offenditur Dominus spinis coronatus , sub
miserrimo schemate populo spectandus.
2. Pilatus hoc facto cupiebat cõpassionem Chri-
sto conciliare apud Judæos.
3. Sed Judæi immittiores facti , ipsum ad cru-
cem postulabant. Hinc inastimabili Christi do-
lor.
4. Pilatus Christum Dominum morti adjudi-
cat. Injustissima sententia.

Cum satellites diaboli tam in-
humaniter Jesum tractassent ,
omnemque in eum virulentam
P 2 mali-

1.
Exhibe-
tur spe-

DOMI- malitiam suam effudissent, nec sic
NICAE tamen ardens Judæorum furor &
PASSIO- odium refrixit, nec sitis eorum
NIS EX- cruenta extincta est. Neque im-
PLICATA- pii illi contenti erant Dei Filium
TIO- tam turpiter illuisse, atque ha-
standu- buisse contemptui coram omni-
populo- bus illis qui in Prætoris ædibus
Iesus co- rantur spem
ronam spi- meam por-
tans.
Ioan. 18. 19. non fuerat ausus ingredi Præto-
rium. Nam cum Pilatus profa-
nus & ethnicus esset, fas non ha-
bebant Judæi subire testum il-
lius. Verebantur contaminari, si
Ethnici domum ingrederentur;
nec tamen metuebant innoxium
Christi sanguinem in se recipere.
Paschalem edere agnum cupie-
bant, nec formidabant verum il-
lum Paschalem agnum injustè ne-
ci tradere. Itaque Pilatus Iesum
tam dirè excruciatum turbæ fe-
rocienti spectandum exhibuit,
dicens: *Ecce adduco vobis eum
foras.* Videte quàm graviter in
eum animadversum sit, quàm di-
ris sit verberibus castigatus. Quæ-
so advertamus nunc, idq; ingenti
cum compassione, quàm mise-
rabiliter illic Dominus steterit,
veste rectus contemptibili ac de-
ridicula, spineam coronam sce-
ptrumque arundinum gestans,
cruentis vulneribus, membris at-
tritis, horribili ac squalido corpo-
re, & præ frigore tremebundo,
sanguinemque distillante. Aspi-
ciamus etiam interno cum dolo-

re amabilem vultus ejus, in quem
desiderant Angeli prospicere, mi-
serandum in modum immitibus
affectum plagis & tumidum, un-
guium discriptione lacerum, ce-
rebro ac sanguine pariter mixtis
infectum & decoloratum, phleg-
matibusque scædum, ita ut huma-
nam speciem amiserit. O quem
ista non moveant! Meritò cordis
nostri ocalis semper opponere-
mus istud objectū, nempe cruen-
tum corpus, deformem vultum,
& spinis coronatum caput Domi-
ni Iesu.

Cum ergo ita Christum Pila-
tus populo præsentaret, ait: *Ecce
homo.* quasi diceret; Vel nunc con-
quiescat sanguinaria sitis vestra:
ecce hominem. Vel nunc suffi-
ciat vobis, cessate modò persequi
sanguinem innoxium: præter fas
namque & æquiritatem, contra
mentem & conscientiam meam,
hominem hunc innocentem tam
dirè ipse castigavi, ut furibun-
dam sedarem iracundiam ve-
stram. Sit igitur satisfactum
vobis, & præstate vos homini
nihil malè merito benignos; e-
nimverò homo est. Compatia-
mini carni, sanguini, atque co-
gnato vestro: sæva tyrannis in cle-
mentiam, odiumque in charita-
tem transeat: misereat vos immi-
tium poenarum ejus, quibus eum
corruptum cernitis; neque enim
bestia est, sed homo. Non ullus
umquam Iatro, vel scelestus quis-
piam, ita ad nihilum redactus est,
suisque pro facinoribus tam indi-
gnè

*Ecce ho-
mo.*

*Spe Facu-
lum im-
mensi do-
loris.*

1. Pet. 2

Ioan. 19
Populum
ad com-
passionem
Christi
inclinare
voluit Pi-
latus.

Ecce ho-
mo,
quid si-
gnifica-
bat.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
TIO.

3.
Sed inde
populu
effera-
or, eum
ad crucis
pana po-
stulabat

Mat. 27.

Pilatus
amovet a
se mortu
Christi
culpam,
Iudaei ea
sibi im-
precantur

Manim
inde Chri-
sto dolor
quandtu

gnè tractatus, ut iustus iste, qui totus innocens est. Si despexistis eum quòd se Regem dixerat, iam nunc recipite eum, quem miserrimum & abjectissimum omnium videtis.

Cùm igitur Iudæi sævissimi hæc audirent, viderentque Iesum tam deformem coram astantem, ferreum eorum pectus neutiquàm emollitum est; quin potius ad majorem excanduit livorem & invidentiam, adeò ut feroci animo clamarent: *Tolle, tolle eum, nec aspiciere quidem illum possumus. Crucifige, crucifige eum, nihil post hac excusationis recipimus: reus est mortis. Videns Pilatus nihil se proficere, sed actum agere, nec quidquam valere quidquid vel diceret vel faceret pro Christo liberando, insania ac furore Judæorum magis ac magis increfcente, manus suas coram impia plebe lavit, dicens: Innocens ego sum à sanguine innoxio iusti huius; vos videritis. At illi incomposito & horribili sonitu vociferabantur: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. O inaudita invidentia! ò odium execrandum! Quàm putamus molestum fuit piissimo Domino, cujus natura bonitas est, cùm inspiceret fraudulentum ac pestiferum fundum plebis suæ, quanta sævitia, quanto odio flagraret, quàm sitiret sanguinem suum, ut seipsum & omnes posteros suos æternæ maledictioni horribiliquæ ultioni divinæ addicerent, tantum ut Christum neci da-*

rent, & crucifigerent?

Hinc jam Pilatus mortis sententiam tulit in Christum, tradens eum manibus Judæorum, ut eum crucifigerent, & interficerent pro voto suo. Ah! cujus cor non exhorreat, dum attendit, vitæ auctorem morti esse adjudicatum! O iudicium iniquum! ò injusta crudelisquæ damnatio! ò iudex perverse! jamdudum nullam in eo causam invenisti, & nunc eum morti adjudicas? Jamjam justum eum affirmabas, & nunc ad crucis mortem condemas? Paulò antè fatebaris, Judæos odio & invidia stimulos eum tibi obtulisse, culpamquæ omnem ab eo abesse; & modo impiis hostium suorum manibus crudelissimamquæ; illorum voluntati tradis? O! quis sibi temperet à lacrymis, reminiscens amabilem Dominum, agnum innocentem, cruentis traditum esse manibus Judæorum, ut suam in eo explerent voluntatem? Quid facturi sunt jam iudicis obtento consensu, qui tanta attentare ausi sunt non jubente Præside? Quomodo suam in Christum effusuri sunt iracundiam, quam tamdiu suo gestarunt in pectore? Nimirum quidquid malitiæ concipere poterunt, in ipsu exercebunt. Amarissima, ignominiosissima, maximequæ cruciabili ac contemptibili morte, quam quidem excogitare poterunt, ipsum afficient, quandoquidem ipsorum voluntati traditus est.

4.
Mar. 15.
Cochus à
Iudæis
Pilatus
Christum
morti ad-
judicas.

Injustif-
sima sen-
tentia
omnium
que ab
ullo un-
quam ju-
dice lata
fuit.

Sævitia
Iudæoru
hominum
Christi.



DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA.
110.

CAPUT XII.

Iesus cruce oneratus extra civitatem petrahitur, humiliterq; pergit ad Calvariae locum.

1. Christus vestimentis suis veindutus, lignum crucis, quindecim pedes longum, cogitur humeris suis bajulare.
2. Medium inter duos latrones deducitur morte ignominiosissima interficiendus, spectante infinita populi multitudine.
3. Pulsus in humeris sacri Christi ex pondere sua cruce bajulatore: vehementi onus crucis, sed vehementior amor ipsam pro nobis portantis.
4. Ad eius exemplum, pro ipsius amore crux à nobis patienter ferenda.
5. Dulcis responsio Christi ad devotas mulieres ipsum desistentes.
6. Christus crucem gestans corruit pro lassitudine: deinceps post ipsum eam gestat Simon Cyrenaeus, homo gentilis.

I.
Ioan. 19.
Mat. 27.
Bajulat
Crucem
suam Do-
minus.

* Crux
longa
pedes
15.

POSTEA QUAM VERÒ Christus Iesus Salvator noster ad mortem damnatus est, rursus eum militri intrò rapuerunt, vesteque purpurea nudatum, suis denuò veilibus eum induerunt, ut tantò melius in habitu proprio agnosceretur; multaque cum festinatione ad mortem eum adduxerunt, verentes ne Pilatus aliunde persuasus, aut ductus poenitentia, sententiam revocaret. Itaque arreptum grave crucis lignum, longitudine (ut à Patribus annotatum est) * pedum quindecim, sacris lacerisque illius humeris imposuerunt. Cur autem id fecerint, ista ratio est: quòd crux ea tempestate genus tormenti esset ignominiosissimum, quo rei afficerentur: unde & praè confusionis ac probri metu nemo illi propinquare volebat. Christo igitur illud imposuerunt in gran-

dem ipsius confusionem, ut suum ferret dedecus, essetque cunctis hominibus contemptui & ludibrio, illiusque memoria penitus ex hominum cordibus deleretur, nec quisquam ultrà auderet ejus facere mentionem. At verò benignissimus Dominus, libenti & placido animo graue illud pondus suscepit, gestavitque ingenti cum desiderio ad Patris gloriam, pro salute mortalium. Nec crucem modò, verum etiam totius mundi in se peccata recepit, & ad Calvariam asportavit, ibique ea cruci affixit, occidit, proprio diluit Sanguine, & morte sua acerbissima expiavit. Hoc est quod Propheta ait: *Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam, id est, post concupiscentias & oblectationes suas, declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Simul autem & perfectionis quamdam nobis Dominus formam re ipsa exhibuit, ut antè verbo nos instituerat, se ipsum funditus abnegans & resignans, crucemque suam constanti perseverantia ferens. Quisquis ejus vis esse discipulus, tu quoque fac similiter, & sequere Dominum tuum.

Attamen non satis fuit Judæis hac eum contumelia affecisse; quia, ad maius dedecus & ignominiam, medium inter duos latrones eum deduxerunt: multoque amplius quàm ipsos latrones contempserunt, dum suam eum compellerent ferre crucem, quod

de

Christus
una cum
cruce
pondere
totius
mundi
portavit
peccata.
Ila. 53.

Unus-
quisque
post eum
crucem
suam se-
ra debet.

2.
Luc. 23.
Inter
duos la-
trones
medium
deductus
fuit.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
LLICA-
TIO
Mor:
Christi
turpissi-
ma ob va-
rias cir-
cumstan-
tias.

de latronibus nusquam memoria proditum est. Enimverò non sceleratissimus quisquam turpiori umquam morte occubuit. Quo enim tempore Christus passus est, celebritas Paschalis agebatur apud Judæos, & illuc confluerat ingens populi multitudo, omnesque certatim Christum videre cupiebant. Itaque hic Dominus dominorum, cujus est omnis gloria & honor, spinis incedebat coronatus, diris constrictus funibus, gravi crucis pondere prægravatus, in latronum medio signis damnationis denotatus omnibus, quæ improbi illi excogitare poterant. Antè Dominum vilis præcedebat plebecula ridens & cachinnans, ipsumque antevertere cupiens, ut videret crucifixum. Hinc inde carnifices & ministri ferocissimi eum stipabant, innumerisq; afflictionibus vexabant, ut simul plebem omnem ad illudendum illi & contumelias inferendas allicerent atque excitarent. A tergo sequebatur turba sæva armatorum, puta domini & Principes Sacerdotum, qui non aliter exultabant, quam leones captâ prædâ, multasque execrationes & blasphemias in Christum congerebant. Sic, sic Rex gloriæ omnibus contemptui fuit. Pusilli ac magni, nobiles & ignobiles simul, eum probris & injuriis affecerunt. Quod & Dominus antè per Prophetam prædixerat his verbis: *Aversum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me*

psallebant qui bibebant vinum, irrisui me habentes. Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labijs, & moverunt caput.

Nunc ergo gemebundo corde, intimoq; cum dolore visum pergamus, quos hic cruciatus Dominus pertulerit. Tamen totus (ut Isaias ait) vulneribus plenus erat, attamen à quibusdam annotatum est, graviter eum læsum, ac singulari affectum vulnere in humero suo. Huic enim ingens crucis trabs, ora præacuta, imminens, grande infixit vulnus: nam ex cunctis vulneribus unum effect, qui dolor piissimum cor illius acerbè penetrabat. Atque, ut quidam devoti Doctores sentiunt, fuit hæc ex Christi gravissimis poenis una, quàm ille pertulerit. Ut enim quotidiano discimus usu, si cui nostrum vel tenue hæreat vulnus aut ulcusculum, vix moderatè ferimus quemquam nos propiùs accedere. Quo ergo cruciatus esse affectum censemus Dominum Iesum Christum, cum ipse grave lignum illud impositum impressumque cruentis ejus humeris, ac maximè diro huic vulnere tam longo ferre itinere cogere-
retur? Et quia crux prolixior erat, totam in humeros recipere non potuit. Unde factum est, ut pars extrema lapidibus, quibus via strata erat, adhærens, grandem & horridum strepitum excitaret, Dominum incredibili dolore afficientem. Nam cum ex omnibus illis gravissimis poenis

Psal. 21.

3.

Grave vulnus in Christi humeros infixit, ex crucis afflicto & pondero. Ita 53.

Non solum pondero, sed & ipsa longitudo crucis erat molestissima portanti.

Psal. 68.

DOMI- & molestiis, quas tota nocte & die
NICAE- perpeſſus erat, debilis & laſſus,
PASSIO- totuſque exhaustus ac viribus eſ-
NIS EX- ſet delititurus; nimirum incur-
PLICA- vus, & ad terram depreſſus, ſub
TIO. ingenti illa crucis mole miſeran-
dum in modum cum immenſa
cordis anguſtia incedebat: ſingula
enim veſtigia cor illius acer-
biſſimè mordebant. Ceterùm ar-
dentiffimus ejus erga nos amor
ſupra vires eum pati urgebat. Iam
cùm immodicè immites illi mor-
tem Chriſti accelerarent, calcibus
& pugnis protrudebant eum, pro-
trahebantque, & ſine ulla miſera-
tione tam inhumanis eum affi-
ciebant verberibus, ac ſi beſtiam
præ manibus habuiſſent. Nihilo-
minùs agnus innocentiffimus ſe-
torum benigniſſimè, cunctis illo-
rum ictibus ac feritati quam ex-
cogitare poterant, ſuſcepit.
Quis jam ultrà lacrymas cohi-
beat, Chriſtum ita afflictum ſibi
ob interiores oculos proponens?
Enimverò corpus illius prorfus
expreſſum erat, & adhuc pati ge-
ſtiebat. Sub pondere membra
ſuccumbebant; & amor fervidus
labascentem erigebat, ut pœnam
ad finem uſque perferret. Grande
crucis onus ad terram eum de-
primebat; & ignitum deſiderium
impellebat ut pergeret. Vehe-
mens namque deſiderium gra-
tiſſimam Dei Patris voluntatem
exequendi, noſtramque abſol-
vendi redemptionem, ad eum in eo
excreverat, ut ſupra naturam &
imbecillitatem humanam eum

Et tamē
à ludan
immani-
bus feſti-
vare cogē-
batur.

Amor
Chriſti
erga nos
animaba-
bat ad
crucis
pondus
perſeren-
dum.

pati cogeret, & per pœnas impel-
leret. * Nam vel ad extremum
judicii diem pro ſalute hominum
ſic onuſtus incedere nihil recu-
ſaſſet, ſi ſic fuiſſet viſum Patri, &
ad illius ceſſiſſet honorem.

Itaque hinc Chriſtus cunctis ſpi-
ritualibus hominibus ſpeculum
& formam quamdam, perfectio-
nemque vitæ ſpiritualis propo-
ſuit. Quotquo enim ad ſinceram
& virtutibus conſpicuam vitam
aspirant, hi ſuam cum Chriſto
ſponte levent crucem, fideliterq;
ac perſeveranter eamdem ferant
neceſſe eſt: atque, ſi ita placuerit
Deo, privari ac nudari ſe ſinant
bonis temporalibus, & quibusli-
bet adminiculis ſolatiſque ami-
corum, * interna quoque ac ſpi-
rituali conſolatione, & gratia ſen-
ſibili. Adhæc irrideri ſe patian-
tur: probra, detractioes, injuriaſ-
que pro dilecto Deo ſuo hilariter
perferant: & dum multis afflicti-
onibus moleſtiſque hominum:
tentationibus dæmonum, ac pro-
priis culpis ſive defectibus ſuis
excruciantur, humilem patien-
tiam conſervent oportet. Et
quiſquis verus amator eſſe volet,
is neque in morte, neque in affli-
ctione qualicumque, quæ ei poſ-
ſet evenire, recedet à Dilecto ſuo,
nec petet abſolvi à cruce ſua, ſed
eam patietur quoad Domino vi-
ſum fuerit. Non etiam terrenam
ullam, ſed nec ſpiritalem inordi-
natè quæret cōſolationem, quæ
ei ſpiritualē crucem aut mollire
aut minuere poſſit. Quin potiùs
ad

* O etiam
ceſſum
amoris
in Chri-
ſto baja-
lante
crucem!

4
Ejus ex-
emplo per-
ſeveran-
ter nobis
ferenda
erunt.

* Cùm
inter
cruces
ſpiritu-
ales, & in-
ternas
quas in
hume-
ros tol-
lere &
poſſi-
Chriſtū
ferre ju-
bemur,
una de
præcipu-
is nume-
retur a-
riditas
mentis,
ſeu tor-
mentiū
ex pri-
vatione
ſpirita-
lis cōſo-
lationis
ac gra-
tiæ ſen-
ſibilis;
ponitur
hic al-
tiſſimus
reſigna-

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.
tionis
gradus,
ad que
soli per-
fecti ex-
nitun-
tur. De
quo plu-
ra vide-
ri possunt
apud R.
P. Iacobu-
m Gre-
goriu de
Sancta
Cruce,
toto li-
bro 5.

5.
Condo-
lentibus
mulieribus,
dul-
citer com-
paratur
Christus.
Luc. 23.

Si tanta
pro no-
stra pec-
catoru-
m tu-
liz Chri-
stus inno-
centis, qua-
ta pro
suis fe-
rent pec-
catoribus?

ad dilecti gloriam, ad extremum usque spiritum illam ferre paratus erit: nec ullam aliam hinc mercedem appetet, nisi ut ad Dei cedat honorem, & illi soli placeat.

Sed age, jam ad Christum revertamur. Itaque ipso tam miserabiliter sub ingenti crucis mole incedente, erant pii aliquot, maximeque devotæ quædam femine, quas vehementissima afflictebat compassio ad Salvatorem, & flebant acerbè nimis, quibus Dominus ait: *Filia Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros.* quasi diceret: Equidem lacrymis

vestris non indigeo, qui contemptibilem hanc mortem sponte mea pro gloria Patris & pro vestra omnium salute patior. Non est ergo cur me lugeatis, sed vestra potius natorumque vestrorum, qui has mihi penas ingerunt, errata plangite. Ipsa namque vestra atque aliorum scelera gravius me premunt, quam crux ista quam fero. Et citò quidem dolor meus abibit, illorum autem cruciatus in ævo durabit sempiterno. Si enim ipsi filii vestri in ligno viridi hæc faciunt, in arido quid fiet?

Si ego, qui peccatum nullum unquam admisi, sed vireo semper, & virtutibus omnigenis fecundus sum, ex hoc nihilominus sæculo absque afflictionis igne, passionisque acerbitate emigrare non possum: quem illi ignem, quas flammæ, quæve inferni tormenta expectare debebunt, qui

aridi atque in bonis actibus steriles, virtutibusque vacui, malitia pleni sunt? Hinc nimirum D. Gregorius ait: *Dum mecum ipse passionem ac mortem Domini nostri Iesu Christi perpendo, Iob quoque afflictionem, & martyrium sancti Ioannis Baptista considero; prorsus exhorret cor meum ad penas impiis & peccatoribus preparatas.* Enimverò si Deus charissimos quosque amicos suos tam dirè castigavit: quâ in hostes suos severitate animadversurus est, qui ut pecora irrationalia & absque prudentia pro putridæ carnis suæ voluptate vivunt?

Deinde cum Christus ita, ut diximus, cruce miserabiliter onustus incederet, jamque omnino exhaustus viribus defecisset, cum non posset ulterius progredi, præ nimio angore corruit pronus in terram: quo casu multam simul expertus est crudeliū illorū militum ministrorumque inclementiâ dirè eum cædentium, trahentiū, impellentium, ut secum quisque facile perpendere potest. Id enim omne fecerunt ei, quod intus diabolus suggererat. Videntes autem impij illi quòd eum nec verberando, nec trahendo, nec propellendo, seu calcando ulterius promovere possent (jam enim ei nihil remanerat virium) hominem quemdam ad oppidum tendentem comprehenderunt, eumque post Christum ferre Crucem compulerunt. Id verò non ex aliqua erga Christum compassione

S. Gregorius,

6.
Christus fatigatum crucem gestando corruit.

Simon Cyrenæus homo gentilis, crucem Christi post ipsum portavit.

Q fe-

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICAE-
TIO.

fecere, sed ut tantò celerius eum neci darent, & ne fortè sub manibus eorum animam efflaret, priusquam in eum omnem malitiam sevitiàmque suam exercuissent. Et homo iste ethnicus erat: videlicet ut hoc ipso daretur intelligi, indignos esse Judæos qui Christi crucem bajularent: simulque ea res præferbat hoc mysterium, fidem scilicet & gloriam Crucis ad gentes tranlituram.

CAPUT XIII.

Maria Filium suum Crucem bajulantem mœstissima sequitur.

1. Beata Maria occurrit Christo crucem suam bajulanti.

2. Ineffabilis ibi dolor viscerum maternorum.

3. Quem tamen perfert constantiſſime, sine ullo impatientiæ gestu, aut voce.

4. Crux & afflictio donum. DEL excellentissimum.

I. **D**um igitur hæc aguntur, Maria tristissima Dei Mater, avidè suum quærebat videre Filium, ut vel consolatorium ex eo perciperet verbum, vel aliquod ei impenderet solatium, ultimumque vale diceret. Sed quia propè ad eum accedere non dabatur, ob turbam militum qui eum cinxerant, & undique sequebantur; alio (sicut à plerisque affirmatur) perrexit itinere, ut turbam anteverteret, atque ita suo veniret dilecto obviam. Quamvis enim ex acerbissimo dolore, quem ob Filii passionem conceperat, prorsus exhausta & viribus esset destituta; fortis nihilominus amor, quo

erga illum fervebat, & ingens eum videndi desiderium, vires ei addidit; ita ut turbam omnem filium ejus ducentium præveniret.

Quis, obsecro, mente concipere possit, quibus fuerit doloris & angustiae confixa aculeis, cum unicum solamen cordis sui ita miserabiliter derelictum, & gravi insuper crucis pondere onustum videret? cum aspiceret gratissimum vultum ejus (quem toties intima cum devotione amplexa fuerat) tam turpiter deformatum & miserè affectum? cum contueretur & venerandum caput illius, (quod sepè multa cum reverentia ardentissimo suo appresserat cordi) horribili corona spinea crudelissimè compunctum? cum denique cerneret Deo ac Domino suo tantam irrogari injuriam & contemptum, ipsumque inter latrones damnatum annumerari? quis dubitare possit, gladium doloris piissimum cor illius acerbissimè transverberasse, cum videret dilectissimum Filium suum, quem suo gestavit sub pectore, ita sanguine phlegmatibusque foedatum, crebris affectum vulneribus, & ab omni despectum abjectumque mundo? Nihil est ambiguum, quin si divina bonitate non fuisset servata roborataque, cor illius devotissimum præ dolore & mœrore ruptum fuisset; quandoquidem aded ejus animum vis immensa doloris oppleverat, ut veluti sub gravi staret pressa saxo,

nec

2.
Maternum viscerum dolorem pro filii infirmitate

Luc. 2.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
TIO.

3.
Constan-
ter tamē
sine ullo
impasi-
entiae si-
gno suū
cum filio
in corde
Crucem
portat, &
ad illam
se se of-
ferat.

Dolorem
tamen
inennar-
abilem
sensit, &
lacrymas
testata
est.

nec posset saltem verbum edere. Neque tamen gestus incompositos, aut insolitam aliquam praesetulit deformitatem, non ullam exhibuit forinsecus impatientiae notam, utpote quae sefunditus Deo resignarat, totamque se absque electione aliqua vel optione in gratissimam illius refuderat retuleratque voluntatem. Et quia plena erat Spiritu sancto, nove- rat ex Prophetis filio suo moriendum esse, eaque de causa mortale eum sumpsisse corpus, sicque visum esse Patri caelesti: ideoque aliud desiderare non poterat. Unde quemadmodum Jesus Christus ultrò se Patri obtulit hostiam vivam pro salute mortalium, ita & beatissima dulcissimaque virgo Maria ipsa quoque Filium suū obtulit pro humani generis salute: satilque ei gratius fuit suo destitui solatio, quam hominum impedire redemptionem. Atqui flagrantissimus illius erga filium amor totum se intus cohibere non poterat: sed ut intus cor exulset, consumpsit, liquefecit; ita foras ferventes expulit lacrymas, vividum illius colorem obsuscavit, atque innumera eademque altissima extorsit suspiria: ita ut exterior ejus miseranda atque tristissima habitudo, interiorem spiritus angustiam declararet. Quia verò Dei intelligebat esse voluntatem, ut unà cum filio suo pateretur, sponte sese ad hoc obtulit, etiam mori paratissima unà cum Jesu nato suo pro salute ac redē-

ptione miserorum. Continuit autem dolorem suum intra secreta pectoris, eò quòd nullam externam hominum consolationem desideraret: potius appetens in illo dolore persistere, donec eam ipse Dominus eriperet ac consolaretur. Ea namque de causa Jesum secuta est, ut simul cum eo suam ferret crucem. Idcirco accessit Calvariam, ut cum eo intus spiritualiter crucifigeretur. Ideo juxta crucem astitit, ut gladius doloris cor ejus configeret, ipsaque Martyrum omnium Regina efficeretur.

Excellentissimum donum, quo Deus suos solet munerari amicos, crux est & afflictio: atque illud ipsum & Filio suo, & beatæ Virgini, & electis amicis suis omnibus contulit. Unde quisquis cruci & afflictionibus sese opponit, Dei voluntati ac donis ejus resistit, aberratque à Deo, terga illi objiciens. Comuni siquidem amore Deus cunctos homines prosequitur, optaretque omnes ad perfectionem provehere: quod tamen absque labore & dolore cruceque multiplici fieri non potest: haud secus quàm pretiosa & affabre elaborata aurea patera, absque igne, malleis, aliisque acutis & accommodis instrumentis fieri non potuit. Sed miseri homines semper fugiunt, nec ferre aut satisfacere student suavissimæ Christi operationi: ideoque semper inepti, miseri, & fragiles permanent.

Sed insua
se cobibuit.

Secuta filium, ut cum eo concrueretur, figeretur interiorius.

4.
Cruz donum Dei excellentissimum, quo singulares suos amicos donat.

CAPUT XIV.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

*Iesus in montem Calvaria perve-
niens, felle potatur, ejusq; plaga
ex dolorosa vestium detractio-
ne renouatur.*

- 1. Quatuor cause aggravantes ignominiam mortu Christi: 1. genus mortu, 2. societas latronum, 3. loci fœditas. 4. temporu solemnitas
- 2. Christus potatur vino myrrhino, & felleto,
- 3. Et gulositas in reprimat mundanorum.
- 4. Nudatur ad Crucis supplicium, quod facinorosus tantum fieri solebat.
- 5. Eju nuditas docet nos sectari veram paupertatem spiritu.
- 6. Magnus dolor Christi in detractio vestium adherentium corpori vulnerato.
- 7. Pia contemplatio Christi Domini vulnerati & denudati.
- 8. Seipsum & sacrificium passionu sua Patri suo pro nobis offerenti.
- 9. Compassio anima devota erga sponsum Christum se crucifixioni preparantem.

I. Ex qua-
suo cau-
su aggra-
vantibus
fuit mors
Christi
despectis-
sima.

1. Genus
mortu
per cru-
cem:

2. Socie-
tas cum
Deo cru-
cifixoru:

3. Locus
Calva-

Ad hunc igitur modum, ut paulò ante dictum est, Judæi immites Christum ad Calvariam perduxerunt, locum execrabilem, damnatum, contemptibilem, plenumque fœtoribus extinctorum cadaveru & ossium mortuorum. Itaque colligere licet, mortem Christi omnium longè despectissimam fuisse, idque quatuor exrationibus. Primò quidem, quòd crucifixio illo ævo turpissimum ac ignominiosissimū mortis genus erat, quòd sceleratissimis quibusque potuisset adhiberi. Secundò, quòd inter duos latrones medius crucifixus est Dominus, ut ex illorum operibus condemnaretur, credereturque esse par scelere, qui consimili pœnæ subdebatur. Tertio, quòd in putidissimo Calvaria loco nudus

occidebatur, quòd non nisi indigniter flagitiosis inferri solebat. Quartò, quòd in præclara Paschæ solemnitate occisus est, tamquam cuius vita tam scelestæ & execrabilis esset, ut omninò necesse fuerit quamprimum eum tolli è medio, utpote qui omnibus maximè esset invisus & onerosus.

Ubi verò ad hunc Calvaria montem perventum est, cum pius Dominus præ nimia fatigatione, & gravi crucis pondere, anxius admodum & imbecillis esset, potum ei præbuerunt, uti moris erat facere condemnatis, non quidem dulce vinum, sed corruptum & acidum, myrrha felleque permixtum: quo nimirum homines lividi ac scelerati, quàm essent in Christum amaro ac virulento corde, manifestè prodiderunt, quando ne unum quidem membrum in eo impunitum reliquerunt. Sed & Christus Dominus in cunctis membris suis pati voluit, ut nos omnibus membris læsos perfectè sanaret. Et quia Adam per voluptatem veriti fructus peccavit Dominus Jesus peccatum illius per felleque potionis cruciatum expiata voluit.

Heu! quàm multos hodie invenire est, qui putridum cadaver suum variis eisdemque delicatis admodum cibus nimis farciant, ducentes pro nihilo, Deum per gulæ vitium offendere. Hi, ex templo Spiritus sancti, tabernaculorum efficiunt: præclaræ essentia suæ formam obliti, imaginem

via cada-
verosu;

4. Tem-
pu fre-
quentis-
sima Pa-
schatu.

2.
Pinum
myrrha-
tum felle
mixtum
Domini
ministrat.
Mat. 27

Gen. 3.
Potio
vera per
Adam
cata.

3.
Eju me-
moria de-
beret gul-
la vitium
reprimere.

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS
FELICIA-
TIO.

ginem diviniæ similitudinis in-
irrationalis pecudis similitudi-
nem commutârunt. Non veren-
tur animam & corpus perdere, ut
sensuum suorum oblectamentis
satisfaciant. Isti planè Christo Je-
su non semel tantùm acerbam
præbent potionem, sed quotidie
acerbissimum fel ei bibendum
porrigunt. Itaque homini spiri-
tali cibus & potus tali cum mo-
deramine ac di cretione capien-
dus est, ut ei sit auxilio ad serui-
endum Deo: atque ea cum grati-
tudine, ut vel ex singulis buccel-
lis laus resultet benignissimi Cõ-
ditoris.

4. Dehinc crudelissimè Domino
Salvatori suas detraxere vestes,
turpiter eum denudantes. Itaque
quamvis ipse Dominus Iesus in
omni vita sua totus pauper fuerit,
attamen in cruce perfectum nobis
veræ paupertatis speculum &
formam voluit exhibere, dum se
ita nudari passus est, & nihil ha-
buit reliquum quo sacrum caput
suum reclinaret. Nimirum tam-
quam nihil cum mundo habens
commercii, nudus è mundo exi-
vit. Denique ad majorem sui ig-
nominiam & dedecus ita nudus
etiam in cruce suspensus est, in
conspectu acerrimorum hostium
& illuorum suorum. Neque e-
nim aliqui mortis rei nudi in cru-
cem agi solebant, nisi qui essent
insigniter facinorosi, quique in
exemplum aliorum horribili e-
rant morte affiendi.

Ioan. 19
Tamquã
facinoro-
sus quis-
piam, ita
nudatus
Dominus
ad sup-
plicium
crucis.

Attende nunc, ô anima mea,
interna cum compassione dulcis-
simum Redemptorem & amato-
rem tuum. Aspice ut Rex gloriæ,
qui cuncta vestit, ac tegit cælum
nubibus, arbores foliis, terram
herbis ac floribus, ipsemet ad cu-
tem usque despoliatur vestibus,
tamquam denuò numquam vesti-
endus. Vide Dominum domino-
rum factum veræ paupertatis spe-
culum. Pudeat posthac murmu-
rare, conqueri, & animo dejici,
cùm aliquid tibi subtrahitur, aut
in internâ externâve relinqueris
paupertate. Disce hic pauperem,
nudum, derelictumque Iesum se-
qui. Adverte, obsecro, ut cæli
pulchritudo deformatur, cæli al-
titudo humiliatur, clarum purita-
tis speculum deregitur. Nemo
umquam capere sufficiet, quàm
gravi intus dolore pudicissimum
cor illius mordebatur, quod in-
gentem illam confusionem & ve-
recundiam ferre cogeretur; ma-
ximeque quod ita turpiter sub
purissimæ Matris aspectu in cruce
pendere oportebat.

Obsecro cum ingenti compas-
sione attendamus, quanta cum
inclementia crudelissimi illi ve-
stes Domino abstraxerunt, quarum
simbria fluxu sanguinis feminam
laborantem curarat. Quis non
videat quàm inhumanus fuerit
dolor & cruciatus, vestem vulne-
ribus inhærentem, & sanguine
concretam, tanta cum crudelitate
detrahere, cunctis haud dubiè
vulneribus recrudescentibus? Se-
cum

5.
Illa Chri-
sti nudi-
tas, nudâ
paupertate
nobis
commen-
dat.

6.
Luc. 2.
Distraxit
ipsa ven-
tium ad-
hærenti-
um
lacera-
carni, cru-
ciatum
renova-
bat.

**DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICAN-
TIO.**

cum quisque suo in corde doloris hujus magnitudinem expendat. Et, ut quorundam est opinio, spineam coronam à capite avulsam (eò quòd velti exuendæ impedimento erat) rursum incredibili cum tormento sancto ejus capiti impresserunt, ut non sit dolor qui huic possit comparari.

7.
*Devota
tristitia
repraesentatio
Christi ad
supplicium
paratum
denuda-*

Age nunc, meditare, ò anima mea, in quanto cruciatu fuerit gaudium cæli. Aspice, ut totum corpus ejus denuò vulneratum sit, cunctis illis lacris vulneribus renovatis, & purissimo sanguine fluentibus. Contuere, ut benedictum caput ejus, Angelicis potestatibus cum tremore conspiciendum, ab immitibus illis afflictum & excruciatum fuerit, dum spinæ denuò impositæ nova infligere vulnera, ita ut vuln^o vulneri jungeretur. Adverte quæso, ut sanguis ille Regius cerebro permixtus, ex cunctis illis vulnerib^o per faciem, per capillos, per collum, ad terram usque ubertim pro manaverit, utque corpus illud deforme (quod tam milerè conscissum ac lacerum non nisi vulnus fluens erat) jam vento frigoriq^{ue} expositum sit, obrigueritq^{ue}. Et tamen agnus mansuetissimus non patienter modò, sed etiam cum ingenti desiderio omnem hunc immanem atque horribilem pertulit cruciatum. O quàm stabat illic tremulus præ frigore! O quantum aucta & profundius infligta sunt vulnera ejus, dum ex acerba illa velti avulsione vul-

nera vulneribus inserta sunt, adeò ut piissimus & omni amore amplectendus Jesus Christus Dominus nolter, non nisi vulnus sanguinem manans effectus sit! O quantam ille afflictionem pertulit in corde suo, videns odium, livorem, fraudem, sitimque cruentam Judæorum, videns quantopere festinarent aptare crucem Salvatori suo, urgere ministros, subministrare clavos, necem accelerare! Ipsenim magna intus crux erat, quòd Dominus Salvator tam diu ante oculos eorum versaretur.

Sentire etiam hinc licet, quod quidam affirmant, Christum Jesum (qui spiritum suum numquàm ab orandi agendiq^{ue} studio relaxabat) dum ministri circa illius mortem præparandam occuparentur, flexis humiliter & devotè in terram nudis cruentisq^{ue} genibus suis, corde itè, oculis, ac manibus in cælum ad Deum Patrem erectis, obtulisse eidem, dignissimum sacrificium passionis suæ ad conciliandum eum humano generi.

O anima mea, statue modò Dominum Salvatorem tuum ob oculos cordis tui, videatq^{ue} Jesum sponsum tuum, delicias animi tui, tam milerabiliter sanguine rubricatum, vulneribus confectum, deformem, & corde anxium coram altare, vt te fœdam sponam suam tibi despòdeat, mundet, fanet, exornet, omniq^{ue} debito absolvat. Imaginem hanc maxi-

nè

8.
*Offert
Christum
flexu ge-
nibus Pa-
tri sacri-
ficium
passionis
sua.*

9.
*Anima
devota
hic cum
sancto af-
fectu con-
paratur
sponso se
ad cruci-
fixionem
paranti.*

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
ELICA-
TIO.

mè miserādam tam altè memorię tuę imprime, ut nulla umquam oblivione deleatur. Et quānam ferre poteris, ut dilectum cordis tui tam miserè afflictum aspicias? Nonne integrò desiderabis corde, ut te totam faciat in lacrymas resolvi, quòd corpus dilecti tui undique saucium lacrymis tuis abluere, & ab omni possis deformitate mundare? O te felicem! si medulla omnis ossium tuorum, sanguisq̄ue cordis tui in unguentum distillari possit, quo vulnera cuncta sponsi tui perungerentur: ipsumq̄ue cor tuum igne amoris decoctum in gratissimum posset transire cibum, quo os dilecti tui felle exacerbatum edulcaretur. Et licet hæc re ipsa præstare nequeas, pleno tamen affectu præstabis: & satis est dilecto tuo, cor potius quàm opera pensanti. Itaque sic lotum & perunctum sponsum tuum ingenti cum reverentia, * quietis captandæ gratiâ in suavissimum DEI Patris sinum tamquam in amœnissimum lectulum repones: capite illius reverendissimo spinarum aculeis tam dirè compuncto ad piissimū Dei Patris pectus (ceu ad mollissimum quod possis invenire pulvinar) ob requiem captandam applicato.

CAPUT XV.

Iesus in cruce extenditur, e iusq̄ manus ac pedes divinis clavibus crudeliter perforantur, cruciq̄ affiguntur.

1. Pia consideratio, quo affectu Christus suam Crucem salutaverit: cui manus pedesq̄ sunt crudeliter conclavati.
2. Crux sancta lectulus amoris, quo sponsus animam amantem invitat: inenarrabilis in eadem Christi Domini cruciatus.
3. Compassio Beatae Mariae Virginis, & crucifixio anime devotæ cum Christo sponso suo, cuius amor crucifixus est.

POST hæc inhumanissimi illi carnifices Jesum crudelissimè rapiētes, ad crucem traxerunt; quam agnus innocens ingenti cum amore salutavit, dicens (ut piè meditari possumus) in corde suo: *O crux benedicta, tanto jam ex tempore te amplecti concupivi, tringenta tribus annis tui me tenuit desiderium, ut hominum in te salutem operarer. In servi igitur nunc Creatori tuo, & fer seculi pretium. Illi deinde corpus agni innocentissimi vulneratum, immitissimè in crucem rigidam prostraverunt, manumq̄ue alteram crasso quodam & obtuso clavo crebris ictibus cruciabiliter nimis affixerunt. O quàm * impatibilis hic dolor fuit suavissimo Redemptori, cuius tam tenera ac præclara erat complexio, qui totus jam debilis & exhaustus erat ex poenis illis omnibus, quas ante per tulerat! Quàm intimas cordis ejus medullas singuli ictus isti, atque hæc affixio penetrabant! quâ fuit corde anxius, quàm doloribus immensis undique correptus, cum grandis ille & obtusus clavus, vi multa per venas, nervos, ossicula (quæ in manibus concurrunt) adigeretur! Secum quicquæ*

bra tri-
buun-
tur hu-
na, per
locutio
nem tro-
picam.

I.
Quanto
affectu
Christus
Crucem
salutave-
rit!

Manus
& pedes
Christi
clavis co-
figuntur.

* Id est
crudelis
& intolera-
bilis.

* Ista
singula-
ris devo-
tio re-
ponen-
di filii
in sinu
Patris,
ex fer-
venti
pietate
& amo-
re erga
Christum
orta,
plane
confen-
dit cum
modo
loquedi
factæ
Scriptu-
ræ, ubi
Deo Pa-
tri mē-

DOMI-
NICAE
P. 110.
NIS IX-
FLICA-
TIO.
Clavus
obtusus
& cras-
sus.

Manum
alteram
fune ex-
tendunt,
alteram
premit
calcibus.

2.
Lectulus
crucis, in
quo ob-
dormit
sponsus
tuus dul-
cissimus,
o anima
devera.
Cant. 2.
& 5.

Cant. 1.

que pendat quantus hic dolor fuerit, quanta angustia, quanta cordis oppressio. Et quia obtusus admodum & crassus erat clavus, cutem simul attraxit per vulnus. Mox alteram quoque manum ad foramen in cruce effossum itidem perforandam pertraxerunt. Sed quia procul illud foramen aberat, & Christi corpus frigore, sanguinis effusione, pœnisque antea perceptis non parum contractum erat, manum ipsam rigido fune extenderunt, alteram interim manum summa vi premendo & calcando retinentes; atque ita sacra Christi brachia horribili cum dolore intenderunt, donec quò volebant manum adduxissent: quã tunc similiter ingenti clavo crebris ictibus confoderunt. Dehinc & sacros ejus pedes crudelissime prius extentos, simulque junctos, immani clavo, cum intolerabili dolore confixerunt.

Attende nunc, o anima mea, sponsum tuum, Deum, & Creatorem tuum, ut hic amoris conscenderit lectulus: quàm late suas extenderit ulnas, ut te amplectatur: quàm denique amicaliter te ad se invitaverit, utens verbis illis Cantici Canticorum: Veni sator mea, sponsa mea, columba mea: Veni, inquam, in foramina petrae, id est, in melliflua Vulnere mea. Veni, quia jam paratus & floridus est lectulus noster, ornatus rubicundus Vulnerebus, & precioso Sanguine meo. Ita que veni profus, o anima mea,

& intuere quanta pro te pertulerit Deus tuus: vide cum ingenti compassione, ut sacra ejus membra extenta, distracta, dilacerata, & extra suas juncturas in longum latumque evulsa atque exturbata sunt: ita ut ne unum quidem suo adhæreat loco, & cuncta facile possint dinumerari. Adeo inhumaniter dulcis Jesus instar arcus erat extensus, ut membrum aliud alii succurrere non posset, cunctis pariter incomprehensibili dolore pœnaque correptis. Nos quidem, si parvo quodam simus affecti vulnere, vix moderatè ferimus, ut quispiam illud etiam leniter attrectet: & tamen manuum pedumque Christi vulneribus omne pondus totius sacri corporis ejus cruciabiliter imminēbat. O quàm miserandum in modum membra, nervique omnes cõtrahebantur! quàm cuncta illius interiora perturbata, læsa, atque contrita erant! Vicit hæc pœna captum omnem & intellectum humanum, eò quòd intolerabilis esset, tantoque tempore duraret. Hinc venerabilis Beda ait: *Christus pendens in Cruce manibus pedibusque confixus, lenta morte consumptus & attritus est, diuque in pœna perduravit, non quòd eum delectaret vivere, sed ne passio sua cito finiretur.*

O quantis in angoribus posita erat dulcissima Dei mater & virgo Maria! Quàm singuli quique ictus malleorum (quos, dum filius crucifigeretur, audivit) cor illius

Invenit
rabiliter
crucians
Domi-
ni in cruce
fixi.

3.
Cant. 1.
sio 110.
vulnere
ria.

DOMINI illius pulsarunt ! Quàm totam
NICAR in se portavit Crucis imaginem,
PASSIO- eidem ipsa vicissim omnino im-
NIS EX- pressa, & in eam quasi transfor-
PLICAT- mata ! Nec dubium est, quin per
TIO- ingentem compassionem unà cū
filio Crucis affixa fuerit, sitque pas-
sa intrinsecus, quidquid Christus
foris perpessus est. Stemus & nos
cum Matre piissima juxta crucem.

Anima
devota
concruci-
figatur
cum Chri-
sto.

* Inhu-
manis
nempe
actioni-
bus Iu-
dæorū,
crude-
lissimæ
tortorū
immani
barba-
rie infli-
ctæ Chri-
sto pa-
tientia.

Cant. 1. Canticis canticorum: *Fasciculus
myrrha dilectus meus mihi, inter u-
bera mea commorabitur. Sit cor
nostrum illi gratum pulvinar,*

quò sacrum suum caput acclie-
net.

CAPUT XVI.

*Jesus cum Cruce sublevatus, medius
inter latrones pendet, blasphemis
impetitur, orat pro inimicis, la-
troniq; pœnitenti paradysum pro-
mittit.*

1. Exaltatio Christi cum Cruce, & in Cruce jam confixi, renovavit ejus dolores, vulneraq; dilatavit.
2. Hac elevatio Crucis, erat erectio trophæi; quod Christus de hostibus nostris reportavit.
3. Antiqua figura sanctæ Crucis ipsi devotè accommodantur.
4. Specialis meditatio dolorum Christi, per singulas partes corporis, & potentias animæ.
5. Provocatio compunctionis & amoris ob Christi passionem.
6. Christus inter duos latrones medius exhibitus specimen judicii extremi.
7. Titulus Crucis ex Spiritu sancti suggestione appositus: singula ejus verba explicantur.
8. Distribuunt inter se carniſices vestimenta Christi.
9. Plena desolatio Christi in Cruce: unde tamen nobis plenissima consolatio.
10. Quomodo anima sancta sedere possit cum militibus custodiens Christum crucifixum.
11. Iudæi nihil poterant impropere Christo; præter virtutem, miracula, & Divinitatem.
12. Quamam Christum in Cruce pendens improperet populo ingrato.
13. Ingratitudo illa dolorem Christi maximè aggravavit.
14. Blasphemia Iudæorum in Deum, quasi non posset Christum liberare: ipse tamen misericorditer orat pro eis & omnibus peccatoribus.
15. Omnes creatura ad collaudandum Christum invitantur.
16. Pia oblatio, quæ Patri offertur Christus, pro erratis nostris.
17. Pœnitentia latronis.
18. Fuit mutatio dexteræ Christi, ad quam pendit latro pœnitens.
19. Fides, charitas, & resignatio boni latronis.
20. Immensa Christi misericordia erga peccatores pœnitentes: quæ sæpe tamen præbet stultis an- sam damnationis.

IT A Q U A ubi jam immitissimi
Icarnifices Dominum Crucis af-
xerant, mox eum cum Cruce
R
sub-

1.
Cruce in
Calva-
ria pe-
sub-

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICAC-
TIO.
tram im-
pacta di-
latavit
Christi
vulnera.

sublevarunt, & ipsam Crucem sanctam ferocissime in petram excisam impegerunt, decidereque permiserunt: ita ut hoc casu cuncta Christi membra atque interiora in humano quodam dolore couterentur colliderenturque, utpote quæ antea plus satis intensa fuerant. Hic jam manuum pedumque sacra Vulnera instar fontium denuò eruperunt, largeque manare cæperunt. Nimirum hæc sunt quatuor flumina paradisi, quæ ex loco voluptatis egredientia irrigant omnem terram. *O omnes sitientes venite ad aquas: haurite nunc cum gaudio de fontibus Salvatoris. Sugite mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Emitte absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac.* Hic est lapis angularis, firmus & incommutabilis, quem Jacob Pater cælestis erexit in signum gratiæ & clementiæ, in titulum pacis, perfusum misericordiæ oleo.

2.
Crucis
trophæum,
signum
victoriæ
de inimi-
cu no-
stru.

Ea verò de causa Christus sublevatus est, ut inimicus cum omni virtute sua prosterneretur. Nunc igitur fideles omnes vestrum contemplantini Salvatorem, Regem ac ducem pro vobis dimicantem, atque à vestris vos eripientem hostibus, & in pristinam asserentem libertatem. Jam victoriæ signum crucis trophæum erectum est, sub quo nobis militandum est: nam hoc nos ab omnibus tuebatur obitaculis atque impedimentis. Itaque gaudeamus, exultemus, gloriemur in Cruce Domini

nostri Jesu Christi: qua sola suum voluit elidere hostem. Hanc usque adeò amavit, ut illius perquirendæ causâ descenderit in terras, quandoquidem cæli huiusmodi ligni genus non profertur. Factus est velut exul extra regnum, gloriam & gaudia sua, quò hanc posset amplecti. Aspicimus igitur (sicut monet Paulus) in Auctorem Fidei, & consummatorem Iesum, qui propositio sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, imò & afflictione omni, quæ inde illi accidere potuisset.

Venite, oro, quotquot Deum amatis, ascendamus ad montem Domini, quandoquidem secundus admodum est, & pinguis, deliciis abundans. Hic jam botrus in veste suspenditur. Hic jam planè est *petra bis virga percussa*, quæ non modò aquas vivas, sed & olei rivus dulciter emanat: adeò ut quotquot ad hunc montem accedunt, sanctificentur, dicantque cum anima amante: *Oleum effusum nomen tuum.* Hic est vas opobalsamo gratiæ plenum, quod quidem vas non solum pluribus in locis perforatum est, sed & fundum quoque illius excussum: ita ut cuilibet haurire liceat quantum libet. Hic est *flos campi, & lilium convallium, fructusque terre sublimis, atque agnus sine macula.* Hic, inquam, planè est elegans lilium còvallis nostræ albedine micans, & totum orbem suo splendore illustrans, virtutesque suæ odore adim-

Heb. 12

3.

Mich. 4

Figura

veteris

Testam.

et Cruce

præmo-

strantes,

Psal. 67.

Num. 11

Num. 11

Cant. 4

Cant. 2

Isa. 4.

Levit. 9

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

adimplens; ex quo aurei proce-
dunt ramuli, id est, Divinitas ipsa
sub candidis purissimæ humani-
tatis ejus foliis delitescens. Exul-
tet nunc terra nostra tam specio-
so fructu ornata: cesset à gemitu
vallis nostra lacrymosa. Quæ
enim prius infecta erat serpenti-
num gustando virus, nunc pre-
tiosi Sanguinis Christi balsamo
repurgata est, atque rore cælesti
per sancti Sirius infusionem fe-
cundata: ita ut jam numerosa e-
diderit lilia, inter quæ anima a-
mans dilectum suum obambula-
re & pasci dicit. Quot namque
in terris sunt homines mundi
cordis, & Deum amantis, tot no-
stra vallis lilia produxit: atque in
his delectabiliter sponsus pasci-
tur, jucundeque satis obambulat.
Et ipse quidem singulare illud li-
lium est, ex cuius semine cetera
pullularunt, suamque formam,
decorem & fragrantiam mutuata
sunt. Hujus lilij odore serpentes
& corruptio omnis fugatur. Ita-
que instar apis sedula huc studi-
ose advolemus, de vulnere ad
vulnus transeunt e; nec aliunde
nobis pabula carpamus, cum hæc
melle scateant. Quid enim aliud
sunt sacra mellitaque verba Chri-
sti, quæ in Cruce deprompsit, quæ
flores melliflui ex caule lilij, id
est, ex sancta Cruce nascentes?

4. Dolores
& cruci-
atus Chri-
sti specia-
tim per
singulas

Quæso, sensibili quodam com-
passionis affectu videamus, quali
cruciatu Christus hic fuerit cir-
cumdatus, utpote cui nec unum
quidem supererat membrum, quod

non extra locum suum cum inef-
fabili dolore avulsum esset. O
quantopere dolebant brachia tam
dire extenta! Quam pungebant
cor illius tormenta vulnerum,
quæ totius corporis pondus tam-
diu portaverant! Quantis erat
correpta angoribus sancta illius
anima, quæ omni confortatione
destituta, omnem hanc crucem
& pœnam suo in pondere susti-
nuit! Ut enim resignatio ac pa-
tientia Domini Jesu pro peccatis
nostris afflicti, evidentius nobis
reluceret, & salus nostra strenuè,
fortiter perfecteque perageretur, ac
debitum humani generis largè
copioseque exsolveretur: Divi-
nitas humanitatem patientem, &
inferiores animæ vires, consola-
tionis influxu non relevabat, sed
hæ solo patientiæ gubernaculo
regebantur in acerbissima ipsius
Christi passione. Itaque si aliqua pe-
nes nos amoris scintilla, si qua
compassionis viscera resident,
non poterimus non compati Crea-
tori & Salvatori nostro, quem
hic ob oculos tam miserè pro no-
stris sceleribus pendere videmus.
Quis enim vel bruto animanti sic
affecto non compatiatur?

corporis
partes
expen-
dendi

Et quidem pius Jesus non so-
lum intolerabilibus illic pepedit
in pœnis, ut nos ad lacrymas &
compunctionem moveret: verum
etiam cum omnibus amoris ar-
gumentis & indicis, ut nos simi-
liter ad amorem accenderet &
provocaret. Estque sublatum in
altum, latè sua extendens bra-
chia,

5. Sic dolo-
rem &
amorem
simul ab-
undante
provoca-
nt.

R. 2

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICAN-
TIO.

chia, ut nos omnes amplecteretur. Duris rigidisque ad crucem clavis affixus est, ut nos ad poenitentiam longanimiter praestolaretur. Ex omni corpore suo manavit sanguinem, ut largiter nobis potandum praerberet praecipuam sui pretiosi Sanguinis medicinam. Ingentia vultaque suscepit, vulnera, ut patulum accessum seaturumque latibulum in illis semper haberemus ab omni tentationum impulsu. Demisit caput, quo pacis nobis & amoris praerberet osculum.

6.

Mar. 15.
Ioan. 19
Imago
quedam
novissimi
iudicii
in latro-
nibus ad
dexteram
& sini-
stra Chri-
sti cruci-
fixi re-
praesenta-
tur.

Est praeterea Dominus noster Jesus Christus cum sceleratis reputatus, atque inter duos latrones medius, ceu Princeps latronum, suspensus. Fecit hoc impietas Judaica, ut Christus, qui in seipso innocentissimus erat, crederetur ab omnibus similis illis esse in moribus, cum quibus eadem damnatione plexus erat: ut sic per alienam malitiam infamis fieret, qui ex sese erat justissimus. Sed nihil refugit humilis Jesus inter illos pendere, pro quibus mori desiderabat. Et ipse quidem cum sceleratis annumeratus est in terris, ut nos Angelorum caetibus in caelis infereremur. Fuit inter duos sceleratos medius, non ut nequam, sed tamquam iudex, alterum misericorditer donando vitam, alterum iustam mortis aeternae feriendo sententiam. Et hic iudicij futuri quamdam exhibuit formam, in quo bonos quidem a dextris, impios vero a sinistris collocabit.

Mat. 25.

Dehinc etiam Pilatus more Romanorum causam necis Christi scripto in tabulam redegit, eamque supra crucem triplici idiomate affigi praecipit, his verbis: *JESUS Nazarenus Rex Iudeorum*. Et licet homo ethnicus esset Pilatus, hunc tamen titulum ex sancti Spiritus digestis intuitu, ad ignominiam quidem & dedecus Iudeorum, gloriam vero & triumphum Christi. Occulte siquidem virtus omnipotentis Dei in corde infidelis operabatur, ut aliter scribere non posset, quam ei divinitus inspiraretur; & nec mutare quidem posset quod scripserat, licet a Iudaeis exigeretur. Non enim audire Pilatum Iudaei volebant, cum diceret nullam se in Domino causam reperire: unde nec ipse eis more gerere voluit, sed ait: *Quod scripsi, scripsi*. Atque hoc ipso ultus est se de Iudaeis, ita ut culpa & malitia omnis in eos redundarit. Per hunc quoque titulum discretus est Dominus a latronibus: ut totus adverteret orbis, quod non pro aliquo scelere suo, sed ex amore purissimo pretiosam animam suam morti exponeret pro amicis suis. *Hunc autem titulum multi Iudeorum legerunt*. Legamus eum & nos ceu veri Iudaei, id est, confessores Christi, non, uti illi, cum aspersione, sed devota meditatione, semper eum nostris imprimendo cordibus, & velut scutum gerendo contra tentamenta omnia. Hic namque titulus.

7.
Spiritu
sanctum
titulum
crucis
suggerit
verbu
pauca,
sed mal-
tum si-
gnifican-
tibus.
Ioan. 19

Ideo no-
luit, ne
potuit
mutare
Pilatum.
Luc. 23

Ioan. 19

Indico-
rit hinc
Iu cruci
inscrip-
tam de
mini.

Septi-
mum mem-
ria rep-
tentis.

**DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS, EX-
PLICAN-
TIO.**

*Tituli
verba ex-
plican-
tur.*

Mat. 28.

8.

Mat. 27.
Mar. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19
*Vesti-
menta
Christi
partien-
tur inter
se mili-
tes sub
Cruce.*

9.

Ioan. 19

lus est triumphalis victoriæ, om-
nem inimici potentiam virtute
crucis Christi contritâ designans.
Confiteamur ergo Dominum no-
strum esse Iesum, id est Salvato-
rem, verumque orbis Redempto-
rem; humiliter precando, ut cu-
rare, omni que vitiorum labe ex-
purgare velit animas nostras. Fa-
teamur & Nazarenum eum esse,
id est, floridum; orando, ut in
omni nos virtute virere faciat.
Confiteamur etiam verum eum
esse Regem Judæorum, id est,
confitentium atque credentium,
cùm omnis potestas ei data sit in
cælo & in terra. Si hoc pacto hunc
legimus titulum, veri Judæi eri-
mus, & filii Abrahæ: Christus i-
tem erit Rex noster, & Salvator
noster, & ipse nos tuebitur, atque
in cælum tandem assumet, faci-
ens nos coheredes suos in regno
Patris sui.

Post hæc carnifices, qui Chri-
stum in Crucem Christum tuler-
ant, vestes ejus partiti sunt, sin-
gulis singulas tribuentes partes.
In tunicam autem, quod inconsu-
tilis esset, miserunt sortem. Appa-
ret hinc immensa Christi humili-
tas, quod cùm Dominus esset glo-
riæ, vilissimis scurris traditus est,
quorum tanta erat inopia, ut ve-
stes ejus exigui pretii & simpli-
ces, tam sollicitè & exactè distri-
buerent. Sic sic agnus innocens
ipso sui irrisores & occisores
veste sua contexit.

Aspiciamus, oro, multa cum
devotione Creatorem & Salvato-

rem nostrum tam miserabiliter in
tantis cruciatibus pendentem,
omnibus amicis, rebus & solatio
destitutum, pœnis omnibus & in-
tus & foris obrutum: ablatis ab
eo omnibus quæ illius poterant
mitigare dolores, & accedentibus
ei quæcunque illos exaggerare
possent. Attendamus Regem
hunc miserandum & desolatum
undique. Coronam quidem ge-
rit & regalem titulum; sed vbi e-
jus satellites? vbi castra? vbi pa-
latia? enimverò sub divo pendet.
Ubi purpura? vbi auro micantes
vestes? vbi demum corpus & san-
guis ejus? Nimirum absumptum
& excoctum est corpus omne a-
moris incendio; sanguinem ejus
peccatores hauserunt. Quid no-
bis det, obsecro, qui nec tantil-
lum habet reliquum, vbi caput
acclinet: non testum, non pecu-
lium, non hereditatem, non ve-
stes? Jam ablata sunt omnia. At
nihilominus accedamus ad hunc
myrhæ montem, & cum turture
gemebunda in palmam Crucis
conscendamus. Et reverà satis su-
perque invenire licebit, si non
desit inquirendi sedulitas. Adhuc
linguam habet, quâ verbum de-
promat consolatoriû, verbû salu-
tis & institutionis, quo læto ille
abundè contentus fuit. Si hoc nõ
sufficit nobis, adhuc paulò altiùs
ascendamus. Enimverò & cor ad-
huc habet integrum, illo Patrem
suum pro nobis deprecabitur. Ha-
bet & conscientiam, devotione,
gratia & amore plenam: dabit
nobis

*Psal. 21.
Ex omni-
moda
Christi
in Cruce
desolati-
one, om-
nis nostra
consola-
tio.
Quomodo
omni so-
latio de-
stribua-
tur Chri-
stus.*

*Cant. 4.
& 7.*

*Quomodo
inde no-
bu plena
consola-
tio
Luc. 23.*

DOMI- nobis merum illud, quod dilecto
NICAE suo praeiuit discipulo in ejus pe-
PASSIO- ctore quiescenti. Sed & hoc si pa-
NIS EX- rum nobis satisfacit, en libens
PLICA- suum patietur latus configi, cor
TIO. scindi & aperiri, porrigetque no-
 bis sanguinem ejusdem cordis
 sui amore ardentissimi, praebebit
 potum suavissimum maximeque
 delectabilem suae divinae chari-
 tatis. Denique & sanctam ani-
 ctam suam dabit gratia & meri-
 tis plenam, cunctisque ornatam
 virtutibus. Quid verò ulterius ab
 hoc dulcissimo Deo ac Domino
 nostro exigere poterimus? En dat
 quidquid habet, quidquid praesta-
 re potest. Itaque & nos sic illi vi-
 cissim totos demus.

IO. Sederunt autem, non procul à
 Cruce, ministri Christum custo-
 dientes, & rei exitum sustinen-
 tes. Et nos quoque expectemus,
 non, ut illi, ex invidia, mortem
 Christi; sed cum dolore finem
 praestolemur salutis nostrae à Chri-
 sto; nec recedamus à cruce, quan-
 do quidem omnis salus nostra in
 cruce posita est. Dicit anima quæ-
 dam amore flagrans: *Sub umbra*
Cant. 2. *illius, quem desideraveram, sedi, &*
fructus ejus dulcis gutturi meo. Et
 quid possit amanti animae esse
 suavius, quam ut post distractio-
 nes, labores, perturbationesque
 multas in hac lacrymarum valle
 (velit nolit) ei occurrentes, eam-
 que fatigantes; sub hac salutife-
 rae crucis umbra respiret, sese re-
 ficiat, sensus dispersos colligat, a-
 nimamque exhaustam delectabi-

liarboris hujus fructu confortetur.

Expectabant Judaei rei exitum, quod necdum sanguine & crudelitate suum expleverant animum. Et quia anguino suo peccatore nullum poterant tormenti genus concipere, quo deinceps corpus ejus cruciarent, ad extremum, manibus deficientibus, linguis suis Dominum excruciare coeperunt. Itaque ceu furiosi caput sacrilegum agitabant, contra illum sputa egerentes, dicentesque: *Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas: salva te ipsum. Si Filius Dei es, descende de Cruce.* Item: *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce. Confidit in Deo, liberet nunc, si vult, eum.* Adeo impietate & malitia pleni erant, ut si quid de eo scivissent mali, haud dubie objecturi erant: sed quia in auro purissimo, toties afflictionis & crucis igne probato, nullas poterant invenire sordes; ipsas ejus virtutes, gloriosa miracula, divinumque nomen ei exprobrarunt. In hoc siquidem totis viribus incumbabant, ut quæ admodum corpus ejus attriverant peneque in nihilum redegerant; ita & gloriosum ejus nomen penitus obliterarent. Sed quanto id fecere studiosius, tanto plus Christum exaltarunt. Nam ipsis suis insultationibus nihil ei impropere potuerunt, nisi quod honestum, sanctum, divinumque est: puta quod mortuos ad vitam

revo-

117
 Non habebant
 Judaei
 quod im-
 propera-
 rent Chri-
 sto, nisi
 virtutes
 & mira-
 cula.

Mat. 27

DOMINICAE PASSIONIS EXCELICATIO.
 revocavit, quod ægros sanitati restituit, quodd mira operatus est, quodd denique Filius Dei & Rex Israël est. Reverà si quid insuper in eum convitiorum aut iniuriæ conferre potuissent, neutiquam sibi temperassent.

12. Mich. 6. Sed hèn! quanta habet Christum, quæ ingrato populo suo impropere!
 Dicitur tunc secum poterat pius Dominus in animo suo: Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Cur adedò crudelis animo in DEUM Creatorem tuum? Cur adedò durus es, ut calidus Sanguis meus (quem instar aquæ in terram decurrere cernis, quo & saxa scinduntur) ferreum pectus tuum non emolliere, non in illud pertingere, non ipsum calefacere possit? Equidem innumeris te affeci beneficiis. Propter te Ægyptum multis plagis attrivi, mare rubrù sub tuis siccavi vestigiis, hostes tuos, nullo labore tuo, prostravi: & tu è diverso me Pilato tradidisti, & flagellis cecidisti, & necem meam studiosè molitus es. Quadraginta annis manna te pavi in deserto, & tu fel & acetum in potum mihi dedisti. Duxi te per desertum, protexique, & vestimenta tua non sunt attrita: & tu me cruce onustum ad mortem duxisti, spoliatumque vestibus ac nudum in crucem tulisti. Regali te sceptro honoravi; tu verò spinis me coronasti, sceproque arundineo illusum cecidisti. Quid faciam tibi, ut vel tandem cesset malicia tua? Corpus & Sanguinem meum tradidi tibi, & floridam elegantemque naturam meam abs te

penè conteri permisi. Triginta tres annos pro tui cõversione laboravi, & me audire noluisti: vel nunc obsecro, emolliat te acerbissima passio, numerosa vulnera, ferventes lacrymæ meæ, quem verba convertere non potuerunt. Calefaciat te fervidus sanguis meus, quem tot miracula mea trahere non potuerunt.

Itaq; Christus Dominus blasphemias, ab ipsa electa gente sua illatas, tulit patienter, perfectè volens exequi opera charitatis. Descendere de Cruce, seque salvare noluit, ut plurimos salvaret. Ultrò se morti obtulit, ut alios sanaret. In illis demum horribilibus elegit durare pœnis, quò cunctos homines ab æternis eriperet cruciatibus. O! quanto perè huic agno mansuetissimo dolebat, quod peculiaris ille populus ejus inde eum blasphemabat; & maledicti atque contumeliæ loco ponebat, unde ipsum laudare potius & amare, ei que gratias agere debebat, quòd ipse, qui verus erat Deus, pro salute hominum tam indigna morte occumbere nihil recusavit!

Neque verò in solum Dei Filium impij illi coniecere blasphemias; sed insuper linguas suas, tamquam prompta diaboli instrumenta, in Patris injuriam laxarunt, quando dixerunt: *Confidit in Deo, liberet, si vult, eum.* O gens impia! quòd te malignus adduxit spiritus, ut Patri misericordiæ suam objicias bonitatem? Itane inju-

13. Maxima nostra ingratitude, maximus est dolor Christi patientis

14. Iudæi in Deum Patrem blasphemias, tamquam non possent Christum liberare. Mat. 27.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

injuriam tibi ab illo facta est, quod paternum suum laxans sinum, divitias gratiae suae effudit? dilectum unicum Filium suum mittens in terram, qui naturam humanam ex genere tuo assumptam, oves perditas domus Israel requireret & sanaret, eundem demum pro salutem tuam morti obiciens, solventemque gravissimum debitum tuum pretioso Sanguine illius? Et hisce pro beneficiis, tu in eum blasphemias evomis, tamquam qui non possit opem ferre Filio suo, qui olim defunctos omnes unico verbo revocabit ad vitam, qui & caelum & terram verbo condidit? Quam putamus gravi Dominus Jesus afflictione laborit, cum tales in Patrem suum blasphemias, convitia, & injurias dici audiret! advertens pariter, quanto perire Patrem ad iram commoverent, quamque horribile eis immineret iudicium. Nimirum cuncta ejus viscera ad misericordiam mota sunt erga furiosam gentem suam caecitatem, clamavitque voce lugubri ad Patrem: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* O incomprehensibilis Bonitas Christi! Fecit hic, quod ante docuerat, monens ut amemus inimicos, & oremus pro illis qui nos persequuntur. Ergo maledicebant illi, at ipse benedicebat. Et licet tanta esset eorum malitia, ut excusationem non admitteret, nihilominus quantum potuit excusavit eos apud Patrem, dicens, *Pater, dimitte illis, non enim*

sciunt quid faciunt. Plerique vero, qui ignorantes ei supplicia intulerant, postmodum conversi sunt. O admirabilis virtus hujus orationis, tantis in angustiis tantoque ex amore fusae! Quando enim alii ob poenarum vehementiam, etiam charissimos quosque amicos suos facile oblivioni traderent, nec possent vel pro seipsis orare; tunc Christus pro suis hostibus precatus est. Neque tamen haec illius precatio pro illis dumtaxat fusae est, qui tunc eum manibus crucifigebant, & linguis blasphemabant, verum etiam pro omnibus illis qui Dominum Jesum pravis suis actibus denuo crucifigunt; & sceleribus suis blasphemant. Hi tales revera caecitate correpti, nesciunt quid agant. Ignorant enim, quam dire iusti iudicis potentiam exasperent, quam benignum offendant Patrem, quam fidum, deserant protectorem, & cuius perdant amicitiam: non norunt, quam turpiter elegantes praeclearasque & imagine DEI insignitas animas suas deforment, quam horribiles mereantur cruciatus, & quantam gloriam amittant.

Nunc, o anima mea, & quotquot redempti estis pretioso Sanguine Christi, agendum internum cum compassione atque devotione ferventi beatam conscendam palmam crucis, pulcherrimo onustam vitae fructu. Tota enim salus, sanitas, vita & gloria nostra, in Cruce sita est Domini Salvatoris.

Hac ipsa
blasphemia
aggravavit
cruciatum
Domini
Iesu.

Luc. 23.
* I. Verbum
Christi
in Crucem.
Nihilominus
orabat pro
crucifixis,

Virtus
hujus orationis,
& pro crucifixis

& pro omnibus peccatoribus.

15.
Creatura
omnis ab
Dei patientia
laudem
evocatur.

DAMI-
NICAB
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

Pfal. 33.
Pfal. 58.

ant. 3.

16.

Offertur
Christus
Pater pro
debitis
nostri.

vatoris. Et ne tam immensis inveniamur ingrati beneficiis, glorificemus ipsum benignissimum Redemptorem nostrum. Cœlum & terram, & quidquid horum ambitu continetur, excitemus, vocemusque in auxilium, ad laudandum & benedicendum Deum, dicendo: *Magnificate Dominum mecum*, quia mirabilia fecit in nobis. Laudate & benedicite mecum Dominum, quia misericordia ejus magna est super nos. O vos Angelici spiritus mecum, quæso, ad montem Calvariae ascendite, & aspiciate Regem vestrum Salomonem in throno suo, atque *diademate, quo coronavit illum mater sua*. O mortales omnes, & quæque membra Christi, lacrymosis, obsecro, oculis vestrum contemplamini Redemptorem, ligno qui pendet ab alto. Videte, si ullus dolor, ejus doloribus possit æquiparari. Agnoscite scelerum vestrorum immanitatem, quæ tali oportuit satisfactione expiari. In partes omnes corpus Christi versate, & non nisi vulnera invenietis atque sanguinem. Clamate igitur ad eum voce lugubri: *O Jesu nostra Redemptio, amor & desiderium, quæ te vicit clementia, ut ferres nostra crimina, crudelem mortem patiens, ut nos à morte tollereres? morte utique sempiterna.*

Et tu cælestis atque omnipotens Deus Pater, respice de sublimi sanctuario tuo ad innocentem Filium tuum Joseph, venditum atque injustè traditum mani-

bus hominum sanguinariorum, & turpissimo mortis genere affectum. *Vide utrum hæc unica sit Gen. 37. filii tui, an non.* Nimirum *fera pessima devoravit eum*: sanguis peccatorum nostrorum *asperfus Isa. 62. est super vestimenta ejus, & omnia indumenta honestissimæ famæ atque opinionis illius inde inquinata sunt.* Aspice sanctum puerum tuum cum sceleratis condemnatum, regium Filium tuum spinis coronatum. Contuere insonantes manus ejus (quibus nihil unquam mali admissum est) sanguinem stillantes: sacros pedes ejus, numquam à justitiæ semita aversos, crudeli confixos clavo: pulcherrimam faciem ejus, in quam *desiderant Angeli prospicere, prorsus deturpatam, omnique specie destitutam*: cor denique benedictum, quod nullam unquam impuræ cogitationes macula attigit, internæ afflictionis prelo compressum. Vide, Pater amantissime, dulcissimum Filium tuum totum in crucis cithara extensum, cunctisque membris suis te benedicentem. Jam planè fidelis *1. Reg. 16. David citharam corporis sui maxime intendit, suavissimam tibi edens melodiã, & gratissimã, quæ unquam tibi cantata sit, concinens cantionem, Pater, inquit, Luc. 24. dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Hic est agnus innocens, qui nos abluit pretioso Sanguine suo, *qui peccatum non fecit, sed 1. Pet. 2. peccata omnia mundi tulit.* * Ex * Pra-xim vi-de & uo

S

tuò

DOMINICAR PASSIONIS EXPLICATIO.
 turpade Christi meritis in vita & morte pro nostris peccatis & debitis Deo Patri offendis.
 Gen. 4. Heb. 12.

tud accipio pretium debiti mei: & illius merita omnia numero tibi pro omni debito meo. Quidquid enim ipse fecit, in mea utiq; natura & pro me operatus est. O Pater clementissime, suscipe actus cruciatuſque dilecti Filii tui, & da veniam erratis nequam servi tui: quandoquidem sanguis infontis Abel fratris nostri clamat ad te de cruce, non ultionem postulans, sed gratiam & misericordiam, dicendo: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.*

17. **Latronis unius cōversio.**

Ceterum latro, qui pendebat ad Christi dexteram, ut vidit ingentem ejus patientiam & benignitatem, quod Patrem suum tam amicabiliter deprecaretur pro illis qui tot probra in eum conficiebant, prorsus immutatus est, & cepit eum dolor vehemens ac poenitentia scelerum suorum. Et id quidem re ipsa prodidit, castigans verbo socium suum blasphemias in Jesum evomentem, atque dicens: *Neque tu times Deum, cum sis morti proximus? qui licet ex obstinata malitia homines non verearis, & poenas corporis pro nihilo ducas; attamen metuendus tibi erat Deus, & quidem in extremo penè vitæ articulo, cum potestatem ille habeat & animam & corpus tuum perdendi in gehennam. Et licet nos paribus pleſtamur poenis, longè tamen diversa est ratio meritorum. Nam nos quidem justè, qui digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit.*

Luc. 23. Mat. 10.

Unde, obsecro, latroni huic tam cita correctio? Qui dudum erat iniquus & infidelis, nunc peccatorem arguit, innocentem excusat, Deumq; confitetur omnipotentem. Nimirum hæc repentina mutatio, est dexteræ Christi, ad quam ille pendebat. Hanc fidei lucem non aliunde utique accepit, quàm ex lumine illo in Crucis candelabro posito. Diu quidem divinum hoc lumen sub humanitatis modio latuit; sed nunc demum in Crucis candelabrum sublevatum est, ut quotquot in Ecclesia domo sunt, hinc illuminentur. Sciderunt hunc modium Judæi cōpluribus in locis, & cepit hoc lumen per rimas ejus effundi: ita ut domus tenebrosa, quæ propè erat, ex radiis illius illustrata, in hanc proruperit vocem: *Nos quidem digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit.* Et quomodo latro iste immentum æstum ignis juxta se ardentis declinare potuisset? Planè hic ignis quem Pater miserat in terram, misericordiæ perfusus oleo, probrisque & blasphemias Judæorum ceu flaru quodam agitatus, flammam dabat in celum, quibus latro iste totus accensus, & igneus effectus, ac velut suorum immemor cruciatuum, totus erga Dominum compassione motus est, adeo ut diceret: *Equidem poenas meas haud graviter fero, utpote meritis plus satis; ac innocentem hunc, & nihil habentem culpæ, ita præter æquum*

Luc. 11. Mutam illa latroni est dextera Christi excelsi seu in cruce altari. Mat. 23. Luc. 11. & 14.

Luc. 11.

Latro compassione motus est ut inquit Christus panis.

cer-

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.
Cant. 8.
Confessio
fort: ist-
ra latro-
nis &
constan-
tissima.

cernere excruciarī, id verò ipsis doloribus meis mihi dolet vehementius. Profectò, latronis istius charitas facta est *fortis ut mors*. Ipse enim spreuit pœnas omnes quæ ei inferri possent, non veritus est populum in Jesum furentem, nò attendit principes Sacerdotum, nec ministros omnes cum variis illic tormentorum armorumque generibus altantes pertimuit, sed in conspectu illorum omnium Christum animo imperterrito còfessus est verum Dei Filium esse, eumque nihil mali egisse, atque ita injuria ab eis crucifixum.

19.
Quanta
latronis
fides, cha-
ritas, re-
signatio
in illa
Christi
propugna-
tione &
invoca-
tione.

O fides admiranda! ò ingens constantia! ò incomprehensibilis charitas latronis hujus! Videlicet bene potus, & quasi ebrius erat multo illo recenti, ex suavissimo botro Christo Jesu in crucis torculari expresso. Idèd citra pudorem coram omni populo confessus est Christum Dei Filium, quem tamen miseris, penuria, livoribus, & cruciatibus plenum, jamque morti proximum cernebat: quæ omnia sunt signa Deo ac Domino profus contraria. Denique cum universis viribus suis, amicabili vultu, devoto corde, humili resignatoque animo ad Christum se convertens, ferventer oravit in hunc modum:

Luc. 23. Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et statim ineffabilis Dei bonitas evidenter declaravit se mortem peccatoris nò velle, sed magis velle ut convertatur & vivat. Præstitit hic Do-

minus & reipsa implevit, quod olim per Prophetam suum promiserat, dicens: Quacumque hora ingemuerit peccator pro peccatis suis, iniquitatum ejus non recordabor amplius. Non quidem multos ei imposuit severæ pœnitentiæ annos pro peccatorum expiatione; sed tamquam jam nihil in eo præter virtutis spectaret, ita ad eum dixit: *Hodie mecum eris in paradiso*. Quid hoc verbo dulcius?

O immensa misericordia Dei, qui malefactorum omnium latronis istius tam misericorditer oblitus est, & tam repente ignovit pœnitenti, bonumque, quod in eo certe exiguum erat, tam eximia ac præclara mercede dignatus est! Non enim indiget bonorum nostrorum opulentissimus atque piissimus DEUS; sed cor petit ad se conversum, humile, ac religiosum, quale in hoc ipso latrone reperit. Neque enim is vel à morte corporis, vel à pœnis purgatorii servari petiit: sed penitus se in divinam resignavit voluntatem, nihilque nisi misericordiam & gratiam humiliter postulavit. Unde & pius Dominus, apertis largissimis gratiæ suæ thesauris beatitudinem æternam ei contulit. Et ò damnanda nequæ latronis duritia, quem nec focii castigatio, nec tor amoris & clementiæ signa in Christo elucencia, emollire atque convertere poterunt! Videbar dari regnum cælorum, nec tamen animum ad-

Luc. 23.
* I I.
Christi
verbum

20.
Inde pœ-
net im-
mensa
Christi
bonitas
erga pœ-
nitentem

O duritia
cor latro-
nis impæ-
nitentem

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

hibere voluit ut desideraret : itaque nec erit illi. Blasphemias atque maledicta potius elegit : & venient ei , & quidem in omne ævum. Illum autem novum fructum, quem piissimus Jesus ex infecundo solo nostro, multo cū sudore, multaq; pretiosi Sanguinis sui irrogatione in ligno Crucis obtinuit , cælesti Patri suo , ceu pretiosum munus , ingenti cum gaudio obtulit. Interim tamen & doluit plurimum, quòd latro iste multis foret damnationis ansa , qui omnem vitam suam in vitiis transigere statuunt , sperantes nihilominus se cum hoc latrone in ipso mortis articulo veniam consecuturos & gratiam. Quòd quidem longè stolidissimū nimisq; periculolum est : quamvis & hoc verum sit , neminem umquam à Deo derelinqui posse , qui se ad eum toto corde convertit , eiq; pia cum fiducia innititur.

Penitencia boni latronis multis occasio huius.

7. Verbum consolationis , quo Christus in cruce Matrem honorat ,
8. Ipsam simul affligebat, & solabatur. Pulchrè inde deducitur , Mariam esse Matrem gratia & misericordia.
9. Omnes fideles in Ioanne facti sunt filii adoptivi Virginis.

STABAT verò *juxta Crucem Iesu Sanctissima Mater eius* semperque Virgo Maria, non ad aliquod pœnarum sublevamen aut temperamentum, sed ad non mediocre augmentationem. Nam si qua potuisset creatura aliquid adferre solatii Domino in Cruce pendenti, nulla ad id tam fuisset idonea, ut beatissima mater eius. Sed quia definitum erat Christo morte acerbissima occumbere, & absque ulla consolatione & relevamine, vera cum resignatione ipsam suam passionem claudere; nihil ei materna præsencia solatii præstitit, sed potius auxit dolores eius, quando & mœstiriam illius suis pariter pœnis junxit, & uberiorem inde hausit materiam acerbissimi cruciatus.

Ioan. 11
Mater
dolor
auxit
Christi
mater
sua doli
& em-
passi.

CAPUT XVII.

Iesus ex doloribus afflictae Matris augmentum dolorum suorum accipit, & illam stantem juxta Crucem alloquitur.

1. Compassio matris auxit in Christo materiam doloris.
2. Eadem nempe crux & Matrem & Filium configebat.
3. Dolor, quem evasit Virgo in puerperio, reservatus illi in Filii passione & cruce.
4. Fortitudo & constantia Virginis orta ex firmissima fide, compassio autem ex ferventissimo amore.
5. Christus pellicanus suo nos sanguine revivificans.
6. Dolor Virginis ex eo quòd Christo nullum adferre potuit solatium.

Quis jam, ô bone Iesu, meditando consequi possit, quo fueris intus dolore affectus, cum tu, qui corda omnium nosti, cuncta matris viscera & membra per internam compassionem tecum pariter in cruce extenta & clavis confixa videres, corque ejus longè piissimum, & verè maternum pectus doloris acutissimi gladio transverberatum, vultum in pallorem versum, & animi angustias declarantem, atque, sine morte, penè emortuum? Cùm aspiceres
fer-

27
Eadem
crux mo-
trus, qui
filiis
dolor
lii, qui
& mœ-
trus, filii
manibus
& pedibus,
bus, mater
corde
& anima
cruci affi-
fixa.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
FLICA-
TIO.

ferventes lacrymas, seu dulcissi-
mos rivulos quosdam per gratifis-
simas genas ejus & faciem uber-
tim cursumque manantes, quæ
utique testes erant illius erga te
doloris pariter & amoris? cum
audires etiam gemitus miserabi-
les, pondere afflictionum illius
expressos, cerneresque eandem
devotissimam Genitricem tuam
profusus amoris æstu liquefactam,
& omnino resolutam in lacry-
mas, ac penitus deficientem, ex-
haustam & absumptam: utpote
passionis tuæ cruciatu eam deva-
stante? Reverà tunc, ô bone Jesu,
ex afflictione materni pectoris,
novam crucem in te recepisti. So-
lus namque pondus & gravita-
tem dolorum ejus, hominibus u-
niversis incôprehensibilem, compa-
ssionis lance trutinasti. Et id
quidè maximè exaggeravit cru-
ciatum passionis tuæ, quòd non
modò in corpore tuo, sed etiam
in materno pectore crucifixus e-
ras: quando & illius crux, tua e-
rat; & tua, vicissim illius.

3.
Evansit
Virgo do-
lorem in
puerpe-
rio; sed
multipli-
catus est
ei dolor
in cruce
martyrio

Et quis, ô piissima Mater, ô Re-
gina Martyrum, quis immensos
animi tui angores, internamque
afflictionem tuam aut effari, aut
mente concipere queat? Quem
enim sine dolore genuisti, spiri-
tus jubilo perfusa (cum & ad tui
recreationem auribus haurires
suavissimam Angelorum melo-
diam Deum laudantium) eum
nunc cum ingenti crudelitate &
tyrannide in oculis tuis occidi
conspexisti. Ut jam dolor ille,

quem tunc feliciter evasisti, mul-
tipliciter erectus est, cum beatum
& singularem Filium tuum cer-
neres in tam horrendis pœnis in
cruce pendentem coram sæva illa
plebe, quæ quidquid convitio-
rum, afflictionum, & contemptus
mente effingere poterat, in illum
conferebat? Cum videres eum,
quem in castissimis visceribus pu-
dicissimi uteri tui absque ullo
gravamine gestâras, tam inhumana-
niter in cruce distentum, clavis-
que perterebratum? Cum item
aspiceres sacra illius brachia, qui-
bus tetoties amicabiliter strinxer-
at, tam immobiliter extensa, ro-
seoque tincta cruore: caput quo-
que venerandum acutis compun-
ctum spinis, & totum corpus non
nisi vulnus fluens; nec tamen in-
terim vulnera illius tergere & in-
ungere dabatur? Conspiciebas
eum, quem sæpenumerò quietis
captandæ gratiâ in virgineo sinu
tuo collocâras, jam non habere
ubi sacrum caput inclinaret. O
quàm passionis prelo maternum
cortuum tunc compressum fuit!
quantopere afflictionum unda a-
nimam tuam percurrit, imò &
demersit penitus! Enimverò, si
devotus quispiam, absque ineffa-
bili dolore & compalsione, Fili-
i tui passionem animo revolvere
non potest; quæ crux, quæ affli-
ctio te invasit, quæ ipsa ejus mater
eras, & eandem passionem oculis
coram intuebaris? Reverà sine-
rissimum cor tuum, hac die non
semel, sed plus centies scissum est.

Luc. 9.

S 3

Neque

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS XX-
FLICA-
TIO.

Neque enim vlla umquam mater adeo suam dilexit prolem, ut tu Filium tuum. Unde & quidquid molestiæ sub tuo aspectu illi illatum est, id repente secuit cor tuum.

4.
Ioan. 19
Magna
fortitudo
virginis,
filio pa-
sienti cõ-
stanter
& sine
fastidio
adstan-
tis.

Orta ex
purissimo
amore, &
plenissi-
me fide.

* Du-
plex a-
mor in

Et qui stare, ô Domina, poteras? Dicit enim Evangelista: *Stabat juxta Crucem Iesu, Mater eius.* Unde tanta tibi fortitudo, ut hodie toties confixa, toties vulnerata, toties doloris gladio unà cum Filio tuo crucifixa, nihilominus constanti animo & corpore perstares? Forſitan truces illi atque horridi clavi, & te pariter ita detinebant in cruce Filii tui, ut collabi non posses, At verò multò fortiùs amor potentissimus, ipsa quoque morte fortior, te sustinuit ut cadere nequies. Itaque stabas ceu fidei columna immobilis: nec quidquam verita es sævitiam Judæorum, equorum fremitus, & strepitum armorum, ut pote unà cum filio mori paratissima. Neque enim negare poteras, quemadmodum Petrus; non fugere, ut ceteri Apostoli; non dubitare, ut Discipuli; non ali-quod pati offendiculum, ut plurimi: quandoquidem optime noveras, & qua ratione, & quem cõcooperas genuerasque. Ideoque assistebas juxta crucem ejus, cuius Divinitatem in spiritu adorabas. Stabas, inquam, juxta Crucem, ut hominis redemptioni per dolorem acerbissimum cooperareris. Et quia * Iesum dilectum Filium tuum, verum quoque noveras esse

Filium Dei, amor tuus ad Divinitatem, & erga humanitatem dilectio, velut ingentia duo saxa cor tuum penitus expresserunt, atque lateralibus angustiis coarctarunt, dum illum tam horribilibus & indignis modis tractari, tamque crudeliter occidi cerne-res. Nimirum hi duo fuere sævis-simi mucrones, animam tuam omni afflictione & dolore crudeliùs transverberantes. Enimvero ut sponsa divino amore succensa, dolebas acriter ob gravissimos contemptus & injurias, quas sponso ac Domino Deo tuo irrogari coràm intuebaris: & ut fidiſsima sincerissimaque parens, dolebas itidem vehementissimè propter horribiles penas ac turpissimam mortem, quam eundem dulcissimum Filium tuum obire conspiciebas. Quia verò ejusdem Filij passio & afflictio immensa erat (oportebat enim eum, secundum justitiæ rigorem, cuncta mundi peccata, quæ innumera atq; infinita sunt, vincere, illisque præponderare) idèò & dolor tuus (qui illius cruciatibus respondebat) incomprehensibilis fuit, thesaurusque meritorum tuorum immensus. Hic videre erat duo altaria, Patri cælesti ob excellentiam sacrificii gratissima, alterum in filio tuo, alterum in te. Et quia in sacrificio sanguinem exterius cum filio fundere non poteras, decoxisti atque absumisti illum intus ferventissimo amoris atque doloris

virginis
unus ex
ga Deū,
alter ex
ga Filium,
compti-
mebat
cor Vir-
ginis
veluti
prelo,
& dolo-
res ex
primē-
bat.

Duo se-
rificia
in cruce
alterum
corpore-
lo, filii
passionis
alterum
spiritua-
le, Ma-
tri com-
passionis

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
ALICA-
TIO
Rsal. 50.

loris igne. Obrulisti Deo cor con-
trivum & spiritum contribulatum:
obrulisti loco sanguinis profusas
lacrymas: gemitus tui instar sua-
visissimi fumi è thure accenso suf-
citati, ferebantur in caelum. At-
que hoc pacto sacrificium tuum
pro cunctis gratiae filii (quorum
ipsa mater es) fecisti atque immo-
lasti.

5.
Pellica-
nus soli-
tudinis
Christus.

O anima mea, & quotquot op-
tatis esse gratiae filii, aspici-
te, Christo Patrem vestrum an-
xiis poenis correptum: videte ut
sua vos morte ad vitam revocavit,
ac velut fidelissimus pellicanus
suo vos sanguine tamquam pul-
los suos denuò generavit, excitavit,
alueritque. Contemplamini
& Matrem vestram Mariam gra-
vissimè afflictam, novos partus
dolores vestri causa experiètem,
ut vos gratiae filii efficeremini.
Per Patrem vestrum habetis vitam,
per Matrem praestatur vobis gra-
tia. Itaque compatimini tantis
parentibus vestris, quos tam gra-
vibus pro salute vestra doloribus
laborare cernitis, si tamen gratiae
filii estis.

6.
Inde do-
lor auge-
tur Vir-
gini,
quia so-
litudinem
Filii as-
ferre non
potuit.

O quoties moestissima illa Ma-
ter oculos suos ad contemplan-
dum deforme sui pignoris corpus
attollebat, quos tamen mox la-
crymis affluentes demittere cogebatur!
Videbat corpus faucium,
sed illud ungere non licebat: ve-
nas sanguineas manantes, verum
eas obvolvere non dabatur mem-
bra crudeliter extensa, at illa sol-
vere ac laxare non poterat: sa-

crum ejus caput ad mortem incli-
nari conspiciebat, membraque
omnia jam ipsam suspirare mor-
tem, ceu laxamentum atque le-
vamen poenarum suarum, sed re-
levare sustentareque illa nequi-
bat. Itaque piissimum cor ejus,
velut uva prelo crucis acerbè
expressum est, adèd ut cum Filio
suo potuerit dicere: *Tristis est ani-
ma mea usq; ad mortem.*

Matt. 26.

Interea cernens hæc dulcissi-
mus Filius ipse, qui hactenus
nihil ei dicens sese continuerat,
ut scilicet fortissima illius fides,
ingensque fidelitas, invicta pati-
entia, gloriosa passio, & ante om-
nia * intemperans atque arden-
tissimus amor patesceret, & ne
gloriam Crucis ejus immineret:
deinceps ultra se continere non
potuit, sed piissima atque conso-
latoria eam voce affatus, ait: *

7.
Iesu de
Cruce
Matrem
alloquens
cum ho-
nore so-
latur.

Mulier, ecce filius tuus! tamquam
diceret: *Dulcissima, charissima,*
fidelissima parens, novi dolorem
& mœrorem tuum, scio quanta
*mei amore patiaris, cerno quan-
tis correptum sit angoribus de-
votissimum cor tuum, dum me*
*dilectum Filium tuum tantis cõ-
spicis in poenis, dum me charissi-
mo pignore tuo (in quo sita est*
omnis spes & consolatio tua) ita
*miserabiliter spoliaris. Sed ne-
cesse consumari passionem meam,*
prorsus moriendum est mihi: jam
tempus est ut vadam ad eum qui
me misit. Itaque dilectissimum
discipulum meum tibi relinquo,
quem mei loco filium habeas, qui

* Ma-
ria a-
mor nõ
imme-
ritò vo-
catur
immo-
dicus &
supra
omnem
mensu-
ram ex-
cedens,
quod
hic vox
illa in-
temperans
indicat.
* III.
Christi
verbum
Ioan. 19

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATIO.

te consoletur, te custodiat, tui curam gerat, & ut pius filius tibi matri suae subditum ac morigerum se præbeat.

8. O! quantoperè hæc Domini

Pulchrè
explicatur
verbum
consolationis
Filii ad
Matrem.

Jesu verba piissimum cor mœstissimæ matris penetrârunt, cum audiret quod penitus destituenda esset, quodque pro Filio Dei, filius hominis; pro Magistro, discipulus; pro Domino, servus sibi assignaretur? Rursum, quàm ingens amor Domini eam totam liquefecit, quando secum ipsa reputabat, quantam pro se ille curam gereret ac sollicitudinem? Sanè Dominus Jesus plus ex dolore matris per compassionem, quàm ex suo ipsius cruciatu affligebatur. Unde & se totum ad illam consolandam intendit, tamquam sola eum matris afflictio cruciaret. Denique, ut potuit, mēbra sua omnia (quæ jam mors vicina penè rigida effecerat) ad illam convertit: primò quidem inclinando caput, ceu ultimum vale dicens, & discedendi perens copiam: deinde & roseos oculos suos adhuc calidis lacrymis affluentes, amicabiliter ad eam convertendo: postremò labia mortis pallore obducta aperiendo, atque dicendo: *Mulier*, nō tantum mea mater, sed generaliter mulier, ob ingentem fecunditatem tuam, quia matrem multarum gentium constituit te. Itaque *mulier*, ecce *filius tuus*. Iste Joannes erit filius tuus, (cujus nomen si veritas, gratiam sonat:) & hoc privilegium

Maria
mulier
appellata,
&
quare.
Gen. 17.

tibi modò à me concessum est, vè sis perennis & æternæ gratiæ Mater, ob merita certè maxima afflictionis tuæ: nec umquam gratiæ lacte destituentur ubera tua, quo singulos quosque alas & nutrias, qui devotis ea presserint precibus. Eapropter, fecundissima *mulier*, ecce *filius tuus*. Neque plores jam velut deferra & absq; liberis mater, quin potius exulta: nam per hos, quos modò pateris, dolores, proles edes, innumeras, erisque mater omnium, qui per gratiam meam in me credituri sunt. Quos omnes ceu proprios filios in sinu maternæ gratiæ tuæ confovebis atque tuebere, dans eis ex castissimis uberibus tuis lac gratiæ. Enimverò accurrent ad te omnes sitibundi, & dicent: *monstra te esse matrem*. Itaque *mulier*, ecce non unus tantum *filius*, sed filii tui. Hinc jam capiat te oblivio doloris tui, sit hæc consolatio tua, sit laboris temperamentum & alleviatio.

Deinde ad discipulum Dominus ait: *Ecce Mater tua*. Quod quidem non uni, nec soli Joanni dictum est, sed cunctis jam conversis peccatoribus, quibus cumprimis gratia necessaria est, ne velut infantes lacte gratiæ destituti, moriantur. O Maria, tu verissima gratiæ mater & misericordiæ! Cui enim umquam sinum gratiæ tuæ præclusisti? cui pietatis tuæ subtraxisti ubera? Si leat ille laudes tuas, qui apud te passus repulsam, & gratia defraudatus

Maria
Mater
gratia,
Mater
fidelium,
quos sub
Cruce
parituri
in doler.

9.
Joan. 11
Omnes
nos filii
sumus
matris
Maria
sub cruce
ad te

DOMI- datus est. Laudamus virginita-
NICAE tem tuam, humilitatem miramur:
PASSIO- sed misericordia miseris sapit
NIS EX- dulcius, misericordiam ample-
PLICA- timur charius, recordamur sæ-
TIO- pius, crebrius invocamus. Quot-
 quot igitur gratiæ sumus indigi,
 stemus simul juxta crucem cum
 beatissima Maria, intusque per
 compassionem crucifigamur. Cer-
 tē piissimus Dominus minimè pa-
 rietur nos muneris & consolatio-
 nis expertes à cruce discedere. Et
 licet gravissimis sit pœnis obru-
 tus, jamq; ad Patrem pergat, non
 relinquet nos orphanos. Ipsam
 Virginem intemeratam paterna
 pietate nobis matrem dabit, di-
 cens: Ecce mater vestra. Quàm
 suave, quàm consolatorium est
 hoc verbum infirmis omnibus,
 tam fidelem, tam benignam, tam
 misericordem habere matrem,
 quæ ex illis quæ passa est didicit
 compassionem? Ecce, inquit Do-
 minus, mater vestra misericor-
 diæ plena, ut vos suscipiat: ple-
 na item gratiæ, ut vos uberibus
 consolationis suæ pascat, foveat,
 exsatiatque.

CAPVT XVIII.

*Sol obscuratur, Iesus clamat se de-
 relictum; suamq; queritur sitim,
 ac felleo potatur aceto: commen-
 data item Patri anima sua mo-
 ritur, atque hinc velum templi
 scinditur.*

1. Obtenibratus est sol in morte Salvatoris.
2. Clamat se Iesus derelictum, quantum ad in-

feriorem portionem: quantumq; illa derelictio do-
 lores ejus auerit.

3. Precipua causa doloris Christi, fuit plenissi-
 ma comprehensio offensarum, qua in Deum facta
 sunt.
4. Afflictio Christi incomprehensibilis mortali-
 bus; aggravata ex teneritudine complexionis, &
 perseverantiâ viridi sensu usque ad extremum
 vite habitum.
5. Stru Christi in Cruce, signum virium con-
 sumptarum, & mortu propinqua:
6. Fuit etiam situs salutis nostra.
7. Sitiuit amplius amorem suum nobis demo-
 strare.
8. Indicavit etiam situs illa, ad quantam ino-
 piam fuerit Dominus pro nobis redactus. Matris
 compassio.
9. Quidquid pro amore Christi facimus & pœ-
 nitur, quasi sitim illius restinguit.
10. Felle & aceto potatur Dominus:
11. Sed longe amarior illi fuit porrigentium
 malitia, quam ipsum fel & acerum.
12. Passione Christi completum fuit, quidquid
 ad salutem nostram requisitum esse, predictum
 fuit.
13. Totam humanitatem pervasit dolor.
14. Voce magna clamat. Ingens dolor separa-
 tionis animæ à corpore.
15. Vox magna morientis, indicat fuisse eum
 plus quam hominem: excitat torporem nostrum; &
 proclamat victoriam à Christo jam partam.
16. Inclinat Christus caput, tamquam valedi-
 cens suu.
17. Devota representatio acerbissima mortis
 Christi.
18. Dolor Virginis in morte Vnigeniti.
19. Verè in finem dilexit nos Christus.
20. Elementa commovebantur in morte Crea-
 toris.
21. Compassio erga Christi mortem quotidie ex-
 citanda: quem quotidie peccati nostri crucifigi-
 mus.

PORRO à sextâ horâ tenebra fa-
 cta sunt super universam terrâ,
 usq; ad horam nonam. Nam sol lu-
 men suum retraxit, ceu lugubrem
 fumens vestem, compassionemq;
 & dolorem (ut poterat) exhibens
 erga suum Conditorem, tantis
 tunc angustiis & cruciatibus cõ-
 prehensum. Itaque splendoris sui
 amœnitatem subducendo, totum
 hunc orbem mœrore affecit, se-
 que socium junxit intemeratæ

I.
 Mattiæ
 27.
 Eclipsis
 miranda
 solu in
 Christi
 mortis

T Vir-

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

Virgini Mariæ in plangendo Fi-
lio. Quantus interim putamus,
& quidem novus dolor, Dei Ma-
trem invasit, cum insensibilem
creaturam tantum mœroris &
compassionis argumentum erga
dilectum Filium suum edere cer-
neret? Nimirum tunc recentes la-
crymæ denuò ceu dulces rivuli
largiter manare cœperunt. Estigi-
tur obscuratus sol, tamquam æ-
quanimiter ferre non posset pas-
sionem acerbissimam, contemp-
tum, probra & injuriam, quæ
homines impii suo inferebant
Creatori.

2. Post hæc, circa nonam horam
Mat. 27. exclamavit Dominus Jesus voce
magna: *Deus meus, Deus meus, ut
quid dereliquisti me? Dixit hoc
vocem magna, ut nos somno mentis
discusso, admiraremur, obstupe-
ceremusque, cernentes tam im-
mensam ejus erga nos bonitatem,
qui ppter nos vilissimos peccato-
res tam immania pertulit tormen-
ta. Advertendum verò est, ipsum
Dominum Deum nostrum Jesum
Christum ab exordio incarnatio-
nis suæ secundum superiores ani-
mæ vires plena beatitudine glo-
riosum fuisse: quæ quidem beati-
tudo redundasset in corpus, illud-
que reddidisset impassibile, nisi
Deus hoc sacra dispensatione di-
stulisset. Erat ergo Christus se-
cundum superiorem animæ por-
tionem, id est, secundum spiritum,
semper in Divinitatem conver-
sus, & eam pro objecto habebat,
illaque sine intermissione frueba-

Fuit ab
instanti
conceptio-
nis sem-
per bea-
tus; etiã
in passio-
ne, secun-
dum vi-
res supe-
riores a-
nima.

Quales
Dei so-
pè infu-
sionibus
mitiga-
bat eos
cruciatu-

tur (etiam cum in cruce diros cru-
ciatus toleraret) sicut modò frui-
tur in cælis. Atque hinc nonnulli
gloriam passionis ejus imminue-
re conantur, dicentes illam non
tam acerbam neque tam atroci-
bus doloribus subditam fuisse, ob-
ingens, quod ex divinitate ha-
buit adminiculum ac fulcimen-
tum. Quod qui sentiunt, nove-
rint se illius passionem renovare,
eumque denuò crucifigere. Ut
igitur Christus opinionis hujus
errorem demonstraret, clamavit
voce magna, & ait: *Deus meus,
Deus meus, ut quid dereliquisti me?*

Tamquam diceret: Me, quem pec-
næ tam atrociter devastant, cur
reliquisti? Secundum inferiores
vires & naturam portionemque
sensitivam, horribiles planè do-
lores atque intolerabiles angu-
stias sentiebat: erat enim com-
plexionis tenerrimæ. Dicit au-
tem se derelictum à Deo, propte-
rè quòd, se volente, nulla con-
solatio à superiori portione ani-
mæ ipsius redundaret in inferio-
rem: nam juxta ipsam inferiorem
portionem sive sensualitatem,
Christus in sua acerbissima passio-
ne derelictus, ac veluti abjectus à
Deo fuit; quia Divinitas eidem
portioni inferiori, omnem inter-
næ dulcedinis influentiam tunc
subtraxerat, illamque sibi ipsi re-
liquerat. Solet sanè piissimus De-
us Martyribus suis cruciamenta &
afflictiones, per divinæ consola-
tionis infusionem ita temperare,
ut hac gratia sensibili omnem pe-

nè

**DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATIO.**

nè illorum crucem reddat insensibilem. At verò dilectissimum Filium suum prorsus omnis solacii reliquit expertem, omnique privavit relevamine ac lumine: adeò, ut in humana natura sua tantum perpeffus sit, quantum æterna Sapientia pro iustitiæ exactione statuerat atq; definierat. Et nostra quidem salus tantò præclariùs perfectiusque reparata est, quantò absque ullo lumine & adminiculo in vera resignatione ac derelictione peracta atque consummata est. Reverà Christi passio adeò omni fuit illuminatione destituta, adeoque gravis & crudelis, ut nulla huic cujuslibet Sancti passio sit ex parte æquiparanda.

**3.
Plena
compre-
hensio gra-
vitate
offense
divinae,
præcipua
causa do-
lorum
Christi.**

Præcipua internæ afflictionis Christi ratio erat, quòd ipse aperitissimè intelligeret, quis contemptus & quanta injuria præstantissimè Divinitati p humani generis peccata inferatur. Quàtò verò hæc Christi cognitio omnium hominum cognitione altior subtiliorque erat, tanto & mœror atque angustia ejus gravior cumulatioque fuit. Dolebat malitiam & ingratitude iniquorum: dolebat passionem suam innumeris hominibus nihil prorsus collaturam: dolebat obstinatam perversitatem improbamque voluntatem Judæorum, & eorum perditionem mœrebat.

**4.
Omni ho-
mini in-
compre-**

Certe neque internæ neque externæ afflictionis & crucis Christi magnitudinem aliquis præter ip-

sum Christum satis novit: unde factum est, ut nemo satis illi compati pœuerit. Et tamen, præterquam quòd in seipso gravissimè torqueretur, insuper & dolores angoresque cunctorum ei compatiendum experiri atque perferre coactus est. Plerique quidem naturâ duri ac ferrei, leviter ferunt etiam multa aspera; & neque erga suas, neque erga aliorum afflictiones ullo vel dolore, vel compassione tanguntur: Christus verò, cum esset omnium piissimus ac misericordissimus, natura item & ingenio seu complexione mitissimus, ac nobilissim⁹, sibi ipsi maximè compassus est; quandoquidem pœnarum ejus acerbitate & pondus nemo rectius quàm ipse metiri ac nosse potuit. Unde geminus hic dolor, atque pressura, passionis videlicet & compassionis, velut duo maris fluctus sæva tempestate exagitati, & contra se invicem insurgentes atque certantes, Christum totum adeò & intus & foris concussit, attrivit, torfit, excruciauit, ut omnem vincat intellectum. Quod ita esse, etiam in suæ passionis exordio declaravit, cum natura sensitiva & natura rationalis, ceu torrentes duo, magno euntes impetu, sese mutuo impeterent, adeoque Dñm affligerent, ut præ nimio angore sanguinem sudaret & undam. Non minimum etiam attulit pondus ad dolores Christi, quòd ad ultimum usq; spiritum, perfectum atque vivum absq; stu-

*sensibilis
les sunt
Christi
in cruce
ideo nemo
sufficit
cienter
compatitur*

*Geminus
in eo do-
lor passio-
nis &
compassio-
nis*

*Perque
maximu,
de
vivacitate
sensitiva*



DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA.
partu in
eo usque
ad finem
vita.
Mat. 27.

pore vel extinctione habuit sen-
sum in cunctis membris suis : &
id quidè facile inde liquet, quòd
voce magna clamans suum tradi-
dit spiritum. Atque ita ad ulti-
mum usque vitæ punctum in
membris itidem omnibus passus
est.

5.
Consum-
ptu jam
viribu
natura,
sistebat
Christu.
Ioan. 19.
* V.
Christi
verbum

Hinc jam piissimus Dominus
præ nimia pœnarum angustiaèq;
acerbitate, & præ immodica san-
guinis profusione ad eò exhaustus
est & exaruit, ut diceret : * *Sitio.*
Quod quidem verbum, ut breve,
ita mysteriis plenum est. Et pri-
mò, potest id iuxta literam accipi.
Ita enim natura comparatum est,
ut quotquot extremum agunt
spiritum, sitiant, potumq; delide-
rent. Et fons ilte vivus tantam
ariditatem expertus est, ut nunc
exhaustus atque exsiccatu dicat:

Mal. 2.

*Sicut aqua effusus sum. & : Aruit
tamquam testa virtus mea.* Neque
enim omnem suum dumtaxat fu-
dit sanguinem, & quidquid ha-
buit humoris lacrymando emisit;
sed & ipsas ossium medullas, &
universum cordis sui sanguinem,
nostri causâ, amoris incendio &
flamma prorsus absumpsit. O
quàm incomprehensibilis, quàm
acris & vehemens hæc sitis Do-
mini fuit!

6.
Sistebat
etiam sa-
lutem a-
nima no-
stra.

Potest etiam hoc verbum *Sitio*
spiritualiter intelligi, velut Chri-
stus generatim omnibus dixerit:
Sitio, videlicet salutem vestram.
Unde Bernardus ait : *O bone Jesu,
in coronam spineam sustines: in cla-
vis cruci affixus es, & de tua cruce*

*vulneribusq; tuis taces, ac pro sola
siti clamas, dicens: Sitio. Quid ergo
sitis? Sitio, inquit, fidem vestram:
sitiio redemptionem hominis, & gau-
dium humane salutis.* Fuit hæc si-
tis Christi, vel centuplo acrior ac
vehementior siti illius naturali.
Et quidem sine cessatione adhuc
nobis intus dicit, *Sitio*, *Mulier da*

Enq; sit
multo
fuit a-
rior qui
siti con-
porea.
Ioan. 4.

mibi bibere. Tanta enim est & tam
ingens illius sitis, ut non à filiis
Israël tantum, sed à Samaritanis
potum petat. Singulis quibusque
suam queritur sitim. Quid verò
sitis Domine? Hic est, inquit, po-
tus & cibus meus, ut homines fa-
ciant voluntatem Patris mei. Pa-
tris autem voluntas hæc est, *san-
ctificatio vestra*, & salus. Itaque
sanctas reddite animas vestras,
ambulando in præceptis meis, &
vos ipsos cunctis exornando vir-
tutibus: ceu ut sponsa benè præ-
parata culta que, digni sitis ad cœ-
nam meam venire in regnum Pa-
tris mei, mecum que dormire in
conclavi cordis paterni. O quan-
to cum desiderio omnes eò Chri-
stus secum perducere exoptat! O
quàm incomprehensibilis est hæc
Christi sitis! Quantopere trigin-
ta tres annos hujus gratia desu-
davit! Nimirum hac de causa &
medullas & sanguinem cordis
sui cōsumpsit. Vel millies potius
secrucifigi passus fuisset, quàm
sua ex culpa ullam sivisset perire
animam.

Habuit & aliam sitim, puta
ampliùs patiendi, atq; evidentius
suum nobis demonstrandi amo-
rem.

7.
Aliqua
siti, ut
suum in

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
TIO.
*bu amo-
rem ma-
nifesta-
ret ma-
gū, ma-
gū pro
nobis pa-
siendo.*

rem. ac si diceret homini: Aspice, ut tuæ salutis gratia exhaustus & consumptus sum. Vide, quàm horribiles sim perpeffus dolores & cruciatus. Sæua hominum crudelitas, totum me penè redegit in nihilum: ebiberunt omnem sanguinem meum peccatores terræ, & tamen adhuc fitio. Nondum satisfactum est cordis mei desiderio, amoris mei flamma neutriquam restincta est. Etenim si fieri posset, & Patri gratum foret, vel millies ob salutem omnium vestrum crucifigi, & ad extremum usque iudicii diem in hisce miseris doloribusque hic pendere optarem: tantum ut immensum vobis cordis mei amorem testatum reddere, saxeaque pectora vestra emollire, & ad me amandum accendere possem. Quid enim æstuantissima hæc sitis mea loquitur, nisi flagrantissimum amoris mei incendium? Itaque tam sitibundus hic pendeo juxta fontem cordium vestrorum, ut an imadvertam devotas animas huc accurrentes, ad hauriendum ex immenso passionis meæ puteo. *Igitur puella, cui ego dixero, Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum de hydria conscientiæ tuæ, aquâ scilicet devotionis, compassionis, lacrymarum, & amoris mutui, & illa si inclinaverit ad me hydriam suam, & responderit, Bibe, Domine mi; quin, & camelis, id est, servis tuis, qui te quotidie suo in corpore portant, & noctu diuque tuo jugo victi tenentur, simili-*

ter hauriam aquam fraternæ charitatis: *ipsa est* puella, quam præparavit Dominus filio Domini mei, ut sit sponsa Verbi divini meæ humanitari uniti. Ipsaque velut sponsa digna erit unâ cum sponso suo, quietis æternæ ingredi cubiculum, sui sponsi vocibus invitata dicentes: Veni benedicta sponsa mea, posside regnum Patris mei: Sitiivi enim, & dedisti mihi potum.

Postremò hoc verbum ita accipipotest, quòd illud dixerit Dominus dilectissimæ Matri suæ gravissimè afflictæ, & juxta crucem assistenti. tamquam diceret: O dulcissima mea Mater: Aspice, ad quantam inopiam & Dei & tuus filius redactus est. Equidem mare, fontes, & humida cuncta creavi: ego nubibus impero, & pluvias fundunt: ego cælestis voluptatis æternæque beatitudinis potum Angelis ac Sanctis omnibus præbeo: & ecce non est quispiam, qui in acerrima hac siti mea refrigeret linguam meam. O quantoperè verbum istud scidit ac penetravit devotissimum maximeque oppressum cor Virginis intemeratæ, dum vnigenitum Filium suum, quem virgineis suis foverat uberibus, in tanta necessitate suam audiret queri sitim, ne tamen posset ei opitulari! Potuit igitur ei ita respondere: O Fili dulcissime, aded tota mærore ac imparibili angore correpta sum, ut tibi opem ferre non possim. Aded tecum per ineffabilem

Talū est sponsa Christi.

Mat. 25.

8.

Ad quā tam inopiam pro nobis redactus est. su ex hac siti cognoscitur.

Exclamatio filii sitientis arefecit cor matris compatientis.

Anima fidelis hanc sitim Domini restinguit lacrymis mutui amoris.
Gen. 24.

DOMINICAR PASSIONIS EXPLICATIONE. Compassionem crucifixa sum, ut me movere nequeam. Iam viribus cunctis destituta sum, quod te, unicum cordis mei solatium, ante oculos meos tam iniuste cruciari, tam turpiter sperni, tam crudeliter occidi video: nec licet mori tecum, nec auxilium aliquod impendere valeo. Hæc prorsus intus me liquefaciunt, hæc medullas animæ meæ devastant. Vides ipse, fili mi, amantissime, me totam amoris tui amore liquefactam, ac instar uvæ gravissimo passionis tuæ pondere expressam. Itaque me totam trahe in te, bibe me, absorbe me, in tuum corpus me trajice: ut tota tibi sim refrigerium atque refocillatio in hac gravissima siti tua.

Sanè quidquid purè propter Deum vel agimus vel patimur, quamlibet exiguum id sit, Christo instar dulcis cujusdam potionis gratum atque lapidum est, ejusque sitim refrigerat. Et ipse in cruce postus compassionem omnem, mœstitiam, devotionem, gemitus & lacrymas in passionis ejus meditatione exercenda, ebibit: & quidquid persecutionum, angustiarum, afflictionum pro ejus laude & amore tolerabitur, omnem pœnitentiæ rigorem, jejunia, preces, vigiliæ, cunctas naturæ mortificationes, universa obedientiæ & charitatis opera, & quidquid demum actuum virtuosorum ad novissimum usque judicii diem pro illius honore

perageretur, cuncta hæc Dominus Jesus miro quodam modo hausit, atque cum ingenti siti absorbit, suisque junxit & univit operibus, nec non ferventi suo Sanguine purgavit, atque in igne divini amoris sui excoxit: suis quoque meritis & actibus, quidquid in his imperfectum atque defectuum obnoxium erat, perfecit & absolvit: atque ita demum in æterni Patris conspectum obtulit, illique grata ac placita fecit.

Postquam verò Dominus Jesus hoc de suâ siti protulerat verbum, quidam spongiam felle & aceto impletam ejus sacro ori obtulit. Et hæc quidem piissimus Jesus juxta Davidis vaticinium gustare voluit, quod in cunctis suis membris ac sensibus torqueretur; utque Adæ peccatum, quod per guttus delectationem admittum erat, per hunc acerbum & molestissimum guttum corrigeretur. Hinc verò Judæorum infatigabilem livorem, duriciam & amaritudinem advertere licet, quod cuncta hæc tormenta, sanguinis profusiones, & immanissimi cruciatibus quibus Dominum affecerant, cruentam eorum necdum expleverint sitim. Jam in ipso eum mortis articulo positum videbant, nec tamen ab illius cruciamentis temperabant. Statutum* quidem fuerat à Salomone, ut damnati aromatico ac dulci potu reficerentur, quod suas oblivioni pœnas traderent: sed isti sceleratissimi vinum hoc biberunt, & Christo

acer-

9. *Toties sim Christum refocillamus, quoties pro amore Christi sitientia aliquid facimus aut patimur.*

10. *Dominus sitientia potatur felle & aceto. Matth. 27. Psal. 68.*

* Sic ad cipe vel ba Salomonis. Prov. 25. vers. 6. *Dato sceleram mentis*

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
TIO.
bu, &
vinum
hui qui
amaro
sunt avi-
mo: bi-
bant, &
oblivif-
cantur e-
gestatis
sua, &
doloris
sui non
recorden-
tur am-
plius.
II.
Malitia
porrigen-
dis fuit
ipso felle
amarior
Christo.

cerbissimam confecere potionem, quam virulento suo corde poterant excogitare. Erant namque revera acida & fellea vasa, odii & livoris plena, nec poterant inde nisi acetum depromere.

O quantoperè piissimum affligebat Dominum, cuius natura bonitas est, dum venenatum atque amarulentum adspiceret fundum, inextinguibilem crudelitatis ardorem, & saxeam atque obstinatam malitiam Judaeorum! quod hi, quos tot annis in eremo manna caeli paverat, in extrema sua necessitate talem nihil vererentur porrigere potionem. Nimirum haec eorum invidia & inclementia plus Dominum torfit, quam ipsa potus amaritudo. Quod enim quispiam plus virtutis habet, eò illi magis doler, dum malitiam cernit & crudelitatem; quantoq; id evidentius animadvertit, eò inde gravius in corde torquetur. Itaque triplicem crucem sive afflictionem Dominus Jesus perferebat. *Prima erat, externus idemque intolerabilis cruciatus: secunda, moeror ingens, quem ex compassione erga piissimam Matrem conceperat: tertia, internus ille dolor, quo incomprehensibiliter torquebatur ob malitiam, ingratitudeque Judaeorum & nostram, quodque praevideret, acerbissimam passionem immensosq; labores & cruciamenta sua, in plurimis nullum habitura effectum.

* Tri-
plex af-
flictio
Christi.

12.

Deinde, ubi Christus felleum

hunc degustarat potum, dixit: *Consummatum est*, significans, in passione sua impletas esse prophetias, figuras, Scripturas, & quidquid ab aeterna Veritate, ut pateret, definitum atque praefixum erat. O! quot admiranda mysteria victoriasque breve hoc & subtile verbum comprehendit? Nam quidquid aeterna Sapientia constituerat, quidquid rigida iustitia pro singulis quibusque exigebat, quidquid charitas amanter poscebat, quidquid ad nostram redemptionem erat necessarium, quidquid abolendis debitis nostris erat conducibile, quidquid ad nostras explendas refarciendasq; negligentias conferebat, quidquid accommodum esse poterat ad sublimem demonstrandum amorem, quaecumque pro nostra spirituali institutione atque informatione desiderare potuissemus, quidquid demum congruum erat glorioso redemptionis nostrae triumpho celebrando; cuncta haec isto sunt determinata verbo, *Consummatum est*. Denique hoc verbo Christus omnem laborem, afflictionem & moestitiam suam pro electis omnibus obtulit, quemadmodum Apostolus testatur, haec verba de illo dicens: *Qui in diebus carnis suae preces supplicationesq; ad eum, qui possit illum salvum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.*

* Ioan. 19
Con-
summa-
tum est;
id est, um-
bra figu-
rativa
veretur la-
gi mor-
te Christi
evanue-
runt: &
alia de
sexto
Verbo
medita-
tiones.
* VI.
Christi
verbum

Adverte hic, o anima mea, 13.

quam acerbos cruciatus dulcis
Jesus

Heb. 9.
Vivite

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

Salu-
dor in to-
ta Christi
carne ac
membru
omnibus,
& quide
simul in
omnibus.

Jesus perferat causa salutis tuæ. Enimverò quiddid poenarum paulatim atque particulatim ei antè illatum est, totum simul im-
menso cum dolore nunc patitur. Prius gradatim, modò in hoc, modò in illo membro tortus fuit: jam in omnibus simul membris, dolores fert intolerabiles. O quâto perè brachia illa sic extensa dolebant, quæ tam diu in poenis perduraverant! Quàm dirè am-
pla & sæva illa manuum pedum-
que vulnera, intimas cordis ejus medullas fecabant! quandoquidem omne torius corporis pon-
dus gravissimum illis imminebat. Quis, oro, tam adamantino erit pectore, quem tales non moveant cruciatus!

14.

Quare
voce ma-
gna cla-
mans e-
misi spi-
ritum

Luc. 23.

* VII.

Christi

verbum

Ingeni

dolor in

separati-

one ani-

ma à cor-

pore.

Sciens igitur piissimus Jesus nihil jam superesse, nisi ut in hoc glorioso certamine vitam finiat & consummet, voce magna clamavit, dicens: * *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* O! quotquot Dominum Jesum diligitis, adeste obsecro, & tota devotione atque compassione illius decessum attendamus. Videamus quis illic mœror, quæ angustia, quis cruciatus fuerit, cum anima illa excellentissima discedere, jamjamque separari cogeretur à dignissimo illo & sacratissimo corpore, in quo triginta tribus annis placidè, pacificè, jucundè, sanctèque quieverat. Quàm ægrè se divelli ab invicem patiebantur, inter quæ nulla umquam lis, nulla discordia, dissidium nullū,

nec ulla fuerat suborta similtas? Cōtemplemur cū omni devotio-
ne, sacrum illud corpus, nostræ sa-
lutis organū, quantis fuerit corre-
ptum poenis, cum omnes illius
venæ jam exaruisent, nec quid-
quam haberent nutrimenti, &
nervi omnes contracti essent; cun-
ctaque Domini membra ceu ulti-
mum vale facientia, cum pressu-
ra ineffabili ad mortem sese ac-
commodarent. Ah! quis sine
dolore & compassione gratissi-
mum Christi vultum conspiciere
queat, totum jam verti in pal-
lorem, oculos deficere, & adhuc
lacrymas fundere, sacrum demit-
ti caput, & cuncta denique illius
membra nutibus ac signis arden-
tissimum cordis sui amorem no-
bis ostendere! Quæso compati-
mur illi, quia caro nostra, & san-
guis ac frater noster est: nostra e-
tiam peccata sunt, pro quibus
tam acerbam & turpem oppetit
mortem. O! quot hætenus te-
pido ac frigido corde crucem Je-
su præteriitis, quos neque horri-
biles ejus cruciatus, neque mise-
rabiles lacrymæ, neque fervidus
sanguis instar aquæ profusus e-
mollire potuerunt, vel vox ista
acris ac valida, terribilisque cla-
mor corda vestra scindat ac pene-
tret. Hæc, inquâ, vox, quæ cælos,
terram, inferos tremore cōcussit,
quæ saxa scidit, verusta aperuit
monumenta, mortuos excitavit,
& vestra lapidea emolliat pecto-
ra, antiqua conscientia vestra
detegat sepulchra, fœtoribus vi-

Contem-
platio
corporis
Christi
absente
vita sua
anima.

Fuit illi
Christi
bas de
mor te
lidis-
mus, et
nia pro
trans

tio-

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA.
TIO.

15. *Alia rationes validi clamoris: 1. Fuisse plusquam humanum Christu: 2. Arbitrium vita & mortu: 3. Vitiosos excisares, impios terret: 4. Vitiosam suam indicaret.*

Luc. 23.

torum actuum plena, mortuosque spiritus vestros ad vitam revocet.

Quamvis Dominus totus exhaustus, ex sanguis, debilisque esset, & supra vires humanas in ipsis acerrimis poenis mortis tam diu perdurasset: fortiter tamen clamavit expirando, ut divinam potentiam suam declararet. Cohibuit autem mortem, ne suam in se vim posset exercere donec ipse vellet: ostendens, penes se vitae & mortis esse imperium. Ob id etiam voce magna clamavit, ut impios tremore concuteret, & pigros ac tepidos omnes moveret, & ad devotionem amoremque accenderet. Clamavit item voce alta, in signum gloriosae victoriae quam fuerat adeptus, antiquo illo eodemque crudelissimo hoste in cruce debellato prostratoque, quem in monte Calvariae profligans, spoliis omnibus exuit atque denudavit. Hanc praeclearam victoriam Christus alta voce proclamavit; & cum admirabili triumpho a loco certaminis abscedens, collecto universorum meritorum suorum exercitu, ad locum deliciosissimum maximeque delectabilem ac tutum, ipsum Dei Patris cor atque sinum, abiit, in illud & sese & omnes suos commendans, dicendo: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* O felicem illum, qui posset modò dissolvi cum Christo, mori cum latrone, & audire à Domino verbum illud solatii plenum: *Ho-*

die mecum eris in Paradiso.

Posteaquam verò Dominus Iesus sese in manus Patris offerens, verbum supradictum protulerat, inclinato capite tradidit spiritum. Inclinauit caput tum ad dilectissimam Matrem, tum ad homines universos, tamquam ultimum vale dicens, extremamque petens copiam discedendi, & osculum pacis offerens. Sed & in argumentum nostrae cum Patre reconciliationis venerandum caput suum, quod antè ad Patrem sustulerat, sese illi cum lacrymis offerendo, modò ad nos per amorem inclinavit.

O! quis capere sufficiat, quanto cum dolore & tormento dissolutus sit nexus ille à Spiritu sancto compactus, quo praecleara illa anima cum venerando illo Christi corpore, ceu amans cum amante per amorem, colligata erat! Quis satis admirari possit obscuram illam lucidissimorum Christi luminum eclipsim, quae suo aspectu terram illustrabant, suisque radiis ceu gemina quaedam micantia sidera firmamenti, mundum illuminabant; jam verò per atrum mortis medium prorsus obscurata sunt? Certè mirum non erat tenebras universam terrae faciem occupasse, quando Sol iustitiae ablatu erat à terra, suosque compresserat oculos. En bonus pastor pretiosam animam suam posuit pro ovibus suis, ac recessit. Silentium accepit cithara illa delectabilis & suavissima buccina, viva

16. Luc. 23. Caput inclinavit, erat suu vale dicere; Ioan. 10.

offerre osculum pacis & reconciliationis.

17. Complacitio de vota de recessu Christi à nobis per mortem.

Iuan 10



DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
XIO.

vox Christi: cuius dulcissima melodia exhilaravit Patrem, & Angelos immenso affecit gaudio: cuius mellifluus sonus vivos docuit, excitavit mortuos, curavit aegrotos, refecit esurientes, fugavit daemones, torpidos reddidit alacres, ac moestos jucundissime consolatus est. Privatum est vita divinum illud triclinum, & arca illa caelestis, gloriosum pectus Domini, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi, & omnes virtutum atque charismatum divitiae continentur. Praeclara illa summi artificis organa, benedictae manus Salvatoris, quae solo contactu morbos omnes depulerunt, & quibus data est mundo benedictio, horridis vulneribus confectae atque mortuae pallent. Candidissimae illae columnae templi divini, sacri pedes Domini Jesu, qui nunquam a veritatis itinere deviarunt, sed omnibus supremae perfectionis viam praecedendo demonstrarunt, cunctisque pro aeterna institutione vestigia geminae charitatis reliquerunt, apud quos ferventissima illa amatrix beata Maria Magdalena tam uberem adeptae est gratiam, sub quibus mare iterit, consolidatumque iter praebuit, jam ligno crucis inhumaniter affixi obriguerunt. Speciem suam amisit, squaloreque oblitum est pretiosum illud Dei ciborium, corpus Christi Jesu sanctissimum, quod de pura praerantissima Virginis matris na-

Phil. 1.

turam per Spiritum sanctum fabricatum, virtutumque omnium decore ornatum fuit.

At quis tunc mœror, quis dolor invasit venerandam Dei genitricem Mariam, cum unicum solatium & omne delectamentum cordis sui, vidit mortuum in cruce pendere? O! quam vox illa acris piissimum cor esus penetravit, quando dilectissimus idemque unigenitus filius ipsius acerbè flens, cum clamore valido efflabat spiritum! Quomodo tunc anima illius prae flagrantissimo amoris Christi igne liquefacta est; & ut mollis cera miseradum imaginem sigilli, defuncti videlicet filii sui, in se recepit! Tota planè in extinctam atque crucifixam filii sui imaginem transformata eique assimilata est. Cum eodem pariter unigenito suo crucifixa, sauciata, occisa, & omni ex parte cruciata est: ita ut jam non in se ipsa, sed in Christo dilecto suo viveret, & ille vicissim in eâ. Et enim si virtus amoris Christi adeo Paulum absorbuit, ut diceret, *Vo ego non jam ego, vivit vero in me Christus*; itemque, *Christo confixus sum cruci*; &, *Stigmata Domini IESU in corpore meo porto*: quanto magis id beatissimae Virginis evenisse credendum est, cuius utriusque amor mortalium omnium sic vicit amorem, ut rivulum aliquem vastissimum mare?

Attende hinc, anima fidelis, ineffabilem Dei tui amorem, ut ad finem usque nos dilexerit. Aspice

gra-

18.

Planctu
Virginis
in mari
Unigeni-
ti.

Gal. 2.
6.

19.

Ioan. 14.
V. 19. in
fines de

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
TIO.
Lexit nos
Dominus
KESVS,
sempe
usque ad
mortem;
& in cor-
pore mor-
tuo vi-
uit amor

gratissima Christi membra jam e-
mortua, nihilominus eandem,
quam adhuc viventia habebant,
demonstrare dilectionem ac be-
nevolentiam. Extensa manent
brachia, ut nos complectantur:
oculi demissi, ut nos aspiciant:
submissum caput, quod nos oscu-
letur: patientia atque hiantia
vulnera, ut in ea nobis ingredi
atque confugere liceat. Sic igitur
vira in Cruce occubuit, ut nobis
de ligno crucis fructum vitæ por-
rigeret. Sic sic excellentissimum
pretium pro nobis fufum est, ut
abolerentur debita nostra.

20.
Matth.
27.
Omnia
elementa
in morte
Christi
commo-
ta, ipsum
Deum
testaban-
tur.

Hinc porro *velut templi scissu est,*
terra tremuit, saxa diruta, & *mo-*
numenta aperta sunt. Facta autem
sunt hæc mira atque portenta, ut
creaturæ insensibiles Judæorum
incredulitatem & duritiam, pa-
rriterque infideles omnes argue-
rent, ac evidentibus signis Chri-
stum crucifixum Dominum suum
esse restarentur. Ad terribilem sui
conditoris vocem cõtemuerunt,
ac velut ingemuerunt, tantam
exhorrescentes malitiam, crude-
litatem, & facinora hominum
impiorum, ac lugubres opificis
sui exequias celebrantes. Scidit
verò Christus moriens velut tem-
pli, & Sancta sanctorum derexit;
ut ipsa declararet, mysteria, fi-
guras & vaticinia impleta atque
patefacta esse; ostenderetque, om-
ne illud sacrificiorum genus, quod
pecorum sanguine in Veteri Te-
stamento celebratur, esse antiqua-
tum & abolitum. Christus nam-

que Summus Sacerdos per pro-
prium Sanguinem introivit in
sancta jam detecta, atque seipsum
extra oppidum in crucis altari
pro omni plebe propalam obtu-
lit, factus commune quoddam &
perenne sacrificium Patri suo pro
hominibus universis, ipsum pe-
tentibus desiderantibusque.

Heb. 9.
& 13.

Nunc igitur compatiatur, 21.
obsecro, Deo ac Domino creato-
ri que nostro, ne saxis ipsis & ele-
mentis duriores esse videamur.
Devotis lacrymis ac piis gemiti-
bus nostra tundamus pectora, di-
cendo: O quid fecimus? quid egi-
mus? *Verè filius Dei erat,* non vul-
garis aliquis, quem peccatis no-
stris denuò crucifiximus. O ani-
ma mea, respice modo sponsi tui
faciem, quam Angeli cum ineffa-
bili delectatione contemplantur,
prorsus tui causa & amore defor-
mem, palloreque obsitam. Atten-
de sacrum Christi corpus à som-
mo capitis vertice usque ad imam
pedis plantam, non inuenies nisi
vulnera & sanguinem. Sit hæc
miseranda Redemptoris tui spe-
cies ob oculos tuos, adeoque tuis
fixa inhæreat cogitationibus, ut
vanarum omnium rerum penitus
obliviscaris.

Quotidie
crucifigi-
mus Chri-
stum pec-
catorum; in-
deo quom-
modo ipse
compati-
amur.
Mar. 15.
1. Pet. 2.

Isa. 53.

CAPUT XIX.

*Sacrum latus emortui corporis Do-
mini Jesu aperitur lancea, indeque
profluit sanguis & aqua.*

1. Longinus miles sacrosanctum Christi latus
aperit lancea: Iudei crucifragium crucifixorum
postularunt in ignominiam Christi.

V 2

2. 10.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
LLICA-
TIO.

2. Eadem lancea, que latus mortuum Domini nostri aperuit, vulneravit animam Virginis veniunt.
3. Vulnus illud porta Sacramentorum.
4. Per vulnus lancee aditus patet ad cor Christi; ut eidem conformemur, postulat vicissim cor nostrum ipsi aperiri.
5. In omni tentatione & afflictione ad cor apertum Christi accurrendum est, tamquam ad asylum tutissimum.
6. Passio Christi, licet olim completa, semper debet esse nova de votu mentibus.
7. Exigit enim a nobis Christus perpetuam memoriam vulnerum, & observantiam mandatorum.
8. Oratio devota, qua passio Christi pro peccatis offertur.

I.
Apertio
latus
Christi
mortui,
qua de
causa.

Ioan. 19

POST hæc ob instantem Paschalem solemnitatem, quia indecens erat extincta corpora manere in Cruce, petierunt Judæi à Pilato, ut crucifixorum crura frangerentur, ac tollerentur: ob tenta quæ licentia latronum crura fregerunt. Ad fessum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum, Longinus nomine, lancea latus ejus dextrum aperuit, & cōtinuò exiit sanguis & aqua. Fecerunt hoc crudeles Judæi ex fallacia & nequitia singulari: noverant enim, quod dedecus illatum defuncto, tamquam adhuc viventi factum habeatur; & hoc ipso persuadere volebant omnibus, tantum esse scelus & facinus Salvatoris, quod in vivo corpore dignè castigari nequiverit, itaque necesse fuerit in corpus extinctū desævire. Ad hæc Pontificum captabant gratiam, quibus certa mortis ejus indicia referre cupiebant. Ceterum, quamvis nihil hic corpus Dominicum doloris persenserit, (quippe quod emor-

tuum atque insensibile erat) alia tamen quadam ratione hinc Dominus afflictus est; uti adhuc quotidie patitur & crucifigitur à multis, qui per sacra ejus vulnera & passionem jurant, gravibusque sceleribus suis majori eum injuria & convitiis afficiunt, quam qui eum corporaliter crucifixerunt. Multò namque gravius accipit contemptum irrogatum divinæ Majestati suæ (qua unum est cum Patre & Spiritu sancto) quàm externos illos cruciatus corpori ejus tempore passionis illatos.

At quis cogitando consequi possit; quàm dirè lancea hæc devotissimam piè Matris animam confixerit & sauciaverit! cujus utique anima & cor demorabatur in corpore dilecti filii sui, qui totus erat amor ac thesaurus illius. Dicit D. Bernardus: *Reverà, Mater dulcissima, doloris gladius scidit animam tuam, quando crudelis lancea latus filii confixit. Non enim sua illic, sed tua potius anima erat.* * Itaque precipua es Martyrum omnium: quandoquidem immensus dolor tuus internus externa Martyrum vicia cruciamenta. Nulus sanè acerrimos illos capere potest dolores & cruciatus, quos Mater mœstissima sensit, cum lancea illa venerandum Christi latus horrido conficeret vulnere. Planè hic est *gladius doloris*, de quo Simeon ille justus fuerat vaticinatus. O beatos illos, qui hujus sunt vulneris participes! quorum corda sic configit acutissima amoris

*Iranca
tu & p
cau d
rendu
pungit
latus
Christi.*

2.
*Lancea
illa
penetra-
vit latus
Christi,
& cor
virginis
Bernardus.
Luc. 19*

* *Lancea
latus
Christi
B. V.
Mariæ
fecit
latus
Martyrum.*

DOMINICAE PASSIONIS EXPLICATIONE.
 ris Christi lancea, ut deinceps perenni ferveant charitatis ardore.

3. Porro signanter Evangelista dicit, latus Christi non vulneratum, sed apertum lancea fuisse: ut intelligeremus, vitæ nobis ostiū patefactum. Sacri namque lateris Christi vulnus, porta est Sacramentorum, sine quibus nulli nostrūm patet accessus ad beatam vitam. Unde etiam addit Evangelista, *Et continuo exiit sanguis & aqua.* In aliorum hominum corporibus, ubi animam fuderint, sanguis coalescit: at ex Christi latere, non sine miraculo, ceu ex fonte vivo, revera, sanguis & aqua manavit: indicans illum, vivum fontem esse, unde omnium nostrūm vita profluxit, de quo

Zach. 13. legitur apud Zachariam Prophetam: *In die illa erit fons patens domui David, & habitantibus Jerusalem, in ablutione peccatoris & menstruata.* Hoc ipsum nobis sanguis & aqua de Christi latere manantia significaverunt: sanguine namque, qui est pretium redemptionis nostræ, abluimur à peccatis; & aqua, quæ est figura Baptismi nostri, ab universis originalis peccati maculis expurgamur, quemadmodum per Ezechielem Dominus ait: *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.*

4. Est etiam apertum Christi latus, ut nobis accessum aditumq; pius Jesus ad cor suum patefaceret. Declaravit hinc suum erga

nos incomprehensibilem amorem. Et quid ultra nobis facere potuit, quàm fecit? Ipsum cor suum tamquam secretissimū cubiculum nobis referavit, ut in illud nos ceu electam sponsam suam introducat. Sunt namque *delicia ejus esse nobiscum, & in silenti tranquillitate ac tranquillo silentio apud nos quiescere.* Dedit, inquam, nobis cor suum dirè vulneratum, ut in eo commoremur, donec penitus expurgati & mundi, suoque cordi conformes, idonei ac digni simus unà cum ipso in æterni Patris cor divinum abduci. Dat planè nobis cor suum, ut sit nostra habitatio: vicissimq; repetit nostrum, ut sit suum habitaculum. Nobis præbet cor suum, ceu lectulum purpurei sanguinis sui rubentibus ornatum rosas: repõscitq; cor nostrum, ceu lectulum sibi candidis mundorum operum liliis decoratum. Quis illi negare ausit, quod tam profusâ liberalitate nobis contulit? Ecce invitat nos in melliflua vulnera, atque amabile & patulum latus suum, ceu uberem cellam vinariam, deliciis omnibus affluentem, dicens in Canticis: *Veni, columba mea, in foraminibus petre, id est, intra in sacra vulnera mea.* Cor meum tibi patefactum est: ad illud te invito, accede confidenter, potum novi multi ipsum roseum sanguinem cordis mei tibi præbebo. *Venite prorsus ad me omnes qui laboratis & onerati estis sarcinâ peccatorum, poenitentia*

Christi, ut illi conformemur.

Prov. 8.

Postulat Iesu vulneratum vicissim sibi aperiri cor nostrum.

Cant. 2.

Matt. 11

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

onere, afflictionis cruce : venite ad me quotquot contra vitia vestra certamen iniistis , & ego vos reficiam , vos pascam , daboque vobis vinum rubrum , quo mirè exhilarabuntur corda vestra.

5. Accedamus eapropter sitibundo desiderio & affectu ad fontem hunc vivum , quandoquidem aquam vitæ nobis dabit , & quidem gratis , ac sine pretio vel ullâ commutatione. Ait enim : Si quis sitit , veniat ; & qui vult , accipiat aquam vitæ gratis. Vide hic mellitissimum purissimumque fontem in loco voluptatis , in medio paradisi , in sauciato latere Christi scaturientem , quo irrigatur omnis terra. Agedum in quibuslibet huius tentationibus , miseris & afflictionibus , ad foramina petrae confugiamus. Cujus , inquis , petrae ? Jesu Christi Domini nostri. Hic enim est petra , quæ à Judaico populo virga crucis percussa , dedit aquas largissimas , ita ut non aquam modò , verum etiã oleum ex hoc saxo durissimo sugere liceat. Hinc propheta Jeremias ait : Relinquitte civitates , id est , populares strepitus ac perturbationes , & habitate in petra , habitatores Moab , & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis , id est , in patulo latere Christi. Hic est lapis quem Jacob erexit in titulum , fundens oleum de super , in signum abundantis misericordiae ac pietatis. Quid nobis hac in petra deesse queat ? Nimirum à cunctis hostibus no-

stris tuti hic sumus : serpens anti-
quus , & coluber ille toruosus
huc accedere non valet. Tentet
mundus , minetur hostis , queratur
caro : non est certè quod formide-
mus , quando super hanc petram
fundati sumus. Nusquam sumus
tam securi , ut in Vulneribus Sal-
vatoris. Ego , ait D. Bernardus ,
fidenter quod ex me deest , usurpo
mibi ex visceribus Domini : quoniam
misericordia affluunt , nec desunt fo-
ramina per quae effluant. Foderunt
manus ac pedes , laterisq^{ue} lancea per-
forarunt : & per has rimas licet
mibi sugere mel de petra , oleum
que de saxo durissimo : id est , gusta-
re , & videre quoniam suavis est Do-
minus. Per foramina corporis pa-
rent viscera misericordiae Dei no-
stri , in quibus visitavit nos oriens ex
alto. Quid ni viscera per vulnera
pareant ? In quo enim Domine cla-
rius , quàm in vulneribus tuis eluxis-
set , quod tu suavis sis & miris , &
multa misericordia ? Augustinus
quoque , Longinus , inquit , aperuit
mibi latus Christi lancea , & ego in-
travi. Hic fidenter habito , hic me
jucundè reficio , hic quiesco suaviter ,
hic pascor delectabiliter. Hæc ille.
Et tu anima mea , commorare in
foraminibus Vulnerum dilecti
tui , quemadmodum columba so-
let in petrae cavernis. Ore ad pa-
rulum vulnus lateris ejus apposi-
to , caelestem suavitate ex corde
ipsum manantem gustato atq^{ue} ol-
facito ; reverà enim torrens vo-
luptatis illinc erumpens te abun-
dè satiare poterit.

Prò

Cor Chri-
sti. asy-
liu
in tenta-
tionibus
& tribu-
lationi-
bus.
Isa. 55.
Ican 7.
Apoc. 21

Gen. 2.

Num. 20

Deut. 32
Jerem.
43.

Habita-
culum
columbae.
Gen. 28.

Vulnera
Christi
fontis
miseri-
cordiae.
Psal. 111.

Lucy

Psal. 66

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA.6.
Semper
nobis re-
cessus esse
debet
Christi
passio &
vulnera.

Prò dolor! pleròque nimis in-
gratos inveniri, quid dicere non
verentur: Eja, quid necesse est nos
occupari his quæ ante plures an-
nos peracta novimus? Intelligunt
autem Dominicam passionem, &
sacrà Christi Vulnera. Atqui mel-
lissima illa Redemptoris nostri
vulnera, reverà liber vitæ & mun-
dissimum speculum sunt. Si quis
ea cum Apostolo penetrare sciret,
inveniret utique in eis quidquid
Divinitas ipsa exhibere potest.
Itaque anima devota debet dile-
ctum suum in amabilibus Vulne-
ribus ipsius cõttemplari atq; oscu-
lari: hæc enim quinq; vulnera bea-
tissima plus pulchritudinis, læ-
titiæ & claritatis toti cælesti cu-
riæ conferunt, quàm omnia alia
quæ in vitâ perenni (excepta Di-
vinitate) habentur. Proinde vel
sanguineis lacrymis deflendum
est, quòd in toto terrarum orbe
ita prorsus excellentissima Christi
vulnera in oblivionem abière.

7.
Duo à
nobis exi-
git Do-
minus,
memoriã
vulnerũ,
& custo-
diã man-
datorum.Ad hæc
aspiran-
dum.

Et quid à nobis exigit Deus,
nisi ut mandatis ejus nos totos
tradamus, vitamque & passionem
Christi imitemur, atque in sacris
illius commoremur Vulneribus?
Beatus profectò ille est, qui passio-
nem & vulnera Dñi in conclavi
cordis sui fideliter ac sanctè rumi-
nare, ipsique Christo sese in veris
virtutibus conformare studet.
Qui ejusmodi est, plerumque in
intimo æstuantissimorum desi-
deriorum impulsu, quali cum im-
patienti desiderio vociferatur! O
unice amor meus! ò totum refu-

gium fatigatorum! ò salutis me-
dicina languentium! ò dulcis cõ-
solatio te suspirantium! ò præ-
stantissima esca te esurientium, &
sua visissimum potus sitientium te!
ò vernans conclave in te quies-
centium! ò unica & summa suffi-
cientia mea! irabe me post te: avel-
le me à meipso atque ab omnibus
creaturis, & transfer in te, ut tibi
placeam.

Nonnumquam etiam vitam
suam præteritam vitiis & iniqui-
tatibus obnoxiam memoriã re-
perens, humiliter precatur in
hunc modum: O Jesu æterna dul-
cedo, ego peccator putridus, cum
quanto possum cordis mei dolore
confiteor tibi magnam culpam meã,
quòd causa sim acerbissima passio-
nis tue, & hos tantos cruciatus tuos
gravibus meis sceleribus tibi insti-
xi. Enimverò multò à me graviora
passus es, quàm ab illis qui te cruci-
fixerunt: quandoquidem injuria il-
la & contemptus que prævidebas à
me inferenda Patri tuo, multò tibi
vehementius dolebant, quàm seve-
ra illa Vulnera corporis tui. Et non se-
mel tantum te crucifixi, sed toto vi-
ta mea tempore, quo perseveravi in
iniquitatibus meis. At tamen neq;
post tot peccata tantamq; injuriam
quæ te affecti, de gratiã & misericor-
diã tuã, ullâ ratione, despero, cum in
te reluceant tot signa clementiæ. I-
gitur pia illa oratio tua, quam etiam
pro his qui te manibus suis crucifi-
xerunt, & linguis blasphemaverunt,
fudisti, prosi misera anima mea.
Non jam te clavis perterebo, non
latus.

Cant. x.

8.

Pia &
affectuosa
oratio,
qua offer-
tur pro
debitis
nostris
passis.

DOMINICAE PASSIONIS EXPLICATIONE. *latus lanceâ configo: sed cor tuum humilibus precibus ignitorumq; desideriorum & pii amoris jaculis sauciare desidero. Vel una obsecro guttula ex patente latere tuo stillet in vulneratam atque egram animam meam, & saluus ero. Tolle à me omne vitiorum peccatorumq; medium, ut tibi mea jungatur anima, atque in te requiescat, qui es paradisi spiritualium deliciarum, & plena satietas Beatorum. In te namq; eternam habemus quietem, ceu in paradiso voluptatis, unde nihil nos excludit præter medium iniquitatis. Tolle itaq; iniquitatem, qui es agnus sine maculâ, auferens peccata mundi; & ero unitus tibi, atq; in te jucundè sancteq; conquiescam.*

CAPVT XX.

Corpus Jesu Christi de Cruce depositum Virgo-mater in gremium suum excipit, osculatur, lacrymis rigat: ipsumq; tandem, licet non sine dolore, sepeliri permittit.

1. Devota exequia, quas Virgo & Discipuli Christum persolvunt; excipiente ejus corpus Virgine in gremium suum cum Magdalena & sociis.
2. Percurrit Virgo singula Filii vulnera osculo & lacrymis.
3. Difficiter, & invita avellitur à mortuo filii corpore plorans & gemens Mater.
4. Sed tandem cum dolore permittit ipsum sepeliri.
5. Venerabile Sepulchrum Domini, eiusq; cum virginali utero collatio.
6. Sepulchrum spirituale, quod Virgo in corde suo Christo condidit.
7. Cor ejus fuit hortus paradisi amantissimus, & incontaminatus.
8. Sindonem habuit obedientia & integritate, balsamum, & unguentum omnium virtutum.
9. Tristis abscessus Virginis à sepulchro Domini, comitantibus viri & mulieribus dolore plenus.

VIDEAMUS nunc quàm tristes exequias, quàm lugubres cærimonias Virgo intemerata, ceterique Salvatoris familiares & amici ad defunctum Christi corpus celebrarunt. O quanto desiderio, quantâ devotione Virgo piissima Christi filii sui crucem amplexa est, sanguinem illum & aquam ex illius latere manantia reverenter excipiens! O quoties sua ad eum extendit brachia, cupiens etiam exterioribus membris suis eum excipere & complecti, uti eum jam animo suo insculperat impresseratq; O quanta cum devotione, quamq; amanter corpus Christi emortuum jam depositum à Cruce, maternis luis brachiis amplexa est, suoque appressit pectori! Tum verò quàm omnia illius viscera nova sunt compassione concussa! Quomodo etiam anima ejus ceu cera igni admota, amore liquefacta est, ipsaque tota in lacrymis soluta! O quis capere possit, quanto amore tota proruit in faciem filii ita deformem ac mirè deturpatam, infatiabiliter eâ exosculans, & calidis suis lacrymis nõ lavans modò, verùm etiam ubertim irrigans! Sed & ferventissima Christi amatric Maria Magdalena, quàm devotè ad pedes illius corruit, apud quos tantam olim gratiam consecuta fuerat; devoteque eos lacrymis suis abluit, sacrisque Vulneribus fixit oscula, eandem defuncto, quam adhuc super-

1.
Deipara
cum discipulis
exequias
Christi
persolvit.

Excipit
Filium
in sinu
& plorat.

Luc. 7.
Completio
ratio
Magdalena
& aliorum
amicorum
Christi.

**DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.**

superstiti illius corpori, humani-
tatem exhibens & amoré! Quàm
denique omnes Christi amicos,
qui illic aderant, vehemens occu-
pavit compassio, & ingens ardor
accendit amoris, haud secùs quàm
fervētissimus ignis ppè astantes!
O quàm tristes erupère in lacrymas,
per Christi corpus ex illorum o-
culis ubertim manantes! Quos
gemitus, quæ suspiria edidère in
in cælum! Quàm tristia funeri il-
li officia exsolverunt! Nullum il-
lic audire cantum erat, sed gemi-
tus tantùm & lacrymas, atque la-
menta.

2. O quàm veneranda illa Patens,
per singula quæque membra ac
vulnera discurrens, eadem scruta-
ta & osculata est, plorans super
singula, & lacrymis ea lavans:
quin & singula quæque vulnera
cordi suo inscribens, doloresque
singulorum membrorum expen-
dens ac trutinans secum in corde
suo, & ad singula dans gemitus
incomprehensibiles; simulque pro
voto animi sui, de sanguine ac
medullis cordis sui in ardenti suo
amore unguentum conficiens, eo-
demque cuncta illius vulnera pla-
gasque perungens, o quàm tunc fer-
ventes lacrymæ per dulcissimū il-
lius piæ Matris faciem ceu rivuli
mœnissimi decurrerunt, aliæ a-
lias antevertere, & quasi certatim
Christi corpus contingere gesti-
mentes! Imò, ut beatus ait Augu-
stinus, quis illic Angelorum tem-
perare potuit à luctu celebrando,
cùm Regem & Dominum suum

tam foedâ ac turpi morte consum-
ptum viderent! cùm contra na-
turam naturæ conditorem, Deum
immortalem, in humana natura
morem oppetiisse conspicerent!
Uti luminosa illa Cherubim, ac
ardentia Seraphim ad ineffabilem
hanc obstupère charitatem, cùm
vitam ex amore occubuisse cer-
nerent, ut mortui redirent ad vi-
tam; Enimverò sacratissimum
Christi corpus inhumaniter con-
scissum, dilaniatum, extinctum,
piissimamque Virginem matrem
anxiè illud amplectentem, illius-
que cruore tinctam, atque aded
miserandum in modum lacrymas
ubertim fundentem, ut sibi tem-
perare non posset, beati illi cæle-
stesque spiritus coràm intuebantur.
Quid verò D. Joannes? Quàm
putamus mœlissimè matri suæ se
lacrymando ac mœrendo confor-
mavit, sociumque fidelissimum
adhibuit! Quàm piè, quàm sua-
viter eam consolans hortabatur,
ut modum poneret parumper tan-
tis lacrymis, tam immenso dolo-
ri! O quàm & ipse vehementis-
simo cum angore ac pressurâ spi-
ritus se ad sacrum Christi pectus
provolvit, in quo dudum tam
suaviter requieverat, piarum la-
crymarum undam refundens in
fontem illum, unde aquam sa-
pientiæ salutaris potarat!

Dehinc Joseph, Joannes, &
ceteri amici Jesu, beatam Virgi-
nem obnixè rogabant, ut corpus
Domini permitteret ad sepelien-
dum componi ac preparari, quan-

*Ioannē
Evange-
listam com-
passio.*

3.
*Non nisi
invita an-
vellitur
Mater ab
unigeni-
ti corpore*

W

do-

SOM- do quidem sol tendebat ad occa-
NICAE sum. Tum verò pia mater voce
PASSIO- lamentabili respondit: *Misere-*
NIS EX- *mini mei, miseremini mei, saltem*
FLICA-
TIO. *vos amici mei*, neque tam citò a-
 Job. 19. vellatis me à dilecto Filio meo.
 Ne mihi, quæso, tam celeriter au-
 ferre velitis, quem meis gestavi
 visceribus, Sinite me vel mortuo
 frui, quem vivum habere non po-
 tui. Liceat mihi, obsecro, extin-
 cto illius corpori amorem impen-
 dere ac benevolentiam, quam in
 passione minimè exhibere daba-
 tur. Irrigem illud nunc lacrymis
 meis, cui in acerrima illius siti
 nec aquæ guttulam porrigere si-
 nebar. Exlatiem interim illo a-
 nimum meum fiendo, gemendo,
 quæ non potui pro voto dulcissi-
 mæ ejus præsentia, dum patere-
 tur, refoveri. Nolite, obsecro, no-
 lite matrem avellere à Filio suo,
 nec mihi tam citò subtrahatis,
 quem tam diu desideravi; aut cer-
 tè unàcum amantissimo nato me
 sepelite.

4. Itaque non parva eos angustia
 tenebat. Dies namque ad occa-
 sum declivior, corpus sepulturæ
 tradere eos urgebat, & nihilo mi-
 nus matris mœstissimæ acerbissi-
 mos dolores, ut dignum erat, ve-
 hementer miserabantur. Neque
 enim jam nimis afflictam novis
 doloribus obruere volebant.
 Quamobrem dabant amorì ejus
 operandi locum; flagrantissimâ-
 que sitim suam eam paulisper ex-
 plere patiebantur. Hinc porrò
 sanctus Joannes suavibus eam ac

prudenter delinivit verbis, ro-
 gans ut Filium suum sepeliri per-
 mitteret: & ipsa utique non sine
 dolore consensit. Atqui, ò quàm
 devotè, quàm afflictè prosequeba-
 tur filii sui lamentabile funus;
 sacrum illius tenendo caput, ocu-
 lis fixis in faciem ejus, eamdem-
 que innumeris deosculando vi-
 cibus, suisque lacrymis irrigan-
 do.

Unde, quæso, mœstissima pa-
 rens omnes illas lacrymas, quas
 hodie fudit, habere potuit? **Qui**
 piissimum cor illius intolerabi-
 lem hanc angustiam & pressuram
 ferre quivit? Nimirum fecit hoc
 amor ardentissimus, ipsa quoque
 morte fortior. O quali cum dolo-
 re ac gemitu tam charum, tam
 pretiosum reliquit thesaurum!
 quàm verò amanter illius est am-
 plexa sepulchrum! tamquam si,
 non quidem linguâ (neque enim
 verbum edere potuisset, tantis
 correpta cordis angoribus (sed
 mente diceret: O sacrum monu-
 mentum! ò felix tumba! ò saxum
 pretiosum! ò præclarum margar-
 itum! ò admirabile ciborium,
 quàm insignem thesaurum, quàm
 immensum complecteris Domi-
 num! ò vas electum! ò felix crea-
 tura, quæ digna es tuum excipere
 Conditorum, hospitioque recipere
 Regem gloriæ! Pone jam nati-
 vum rigorem & asperitatem tuâ,
 ac mitesce, ut teneros dilecti filii
 mei artus reverenter cõplectaris.
 O arca gloriosa! ò excellens Dei
 templum, præ creaturis omni-
 bus

4.
 Acgrè
 tandem
 permittit
 corpus fi-
 lio dolens
 Mater
 tradi se-
 pultura.

5.
 Sepul-
 chri Con-
 stru-
 tione &
 gressu
 Constru-
 tur cum
 utero in
 gressu
 Cant.

DOMI-bus mihi simillimum! Ut enim
NICAE ipsa à Deo electa sum, quæ in ca-
PASSIO-stis visceribus meis ejus filium
NIS EX-gestarem; ita & te elegit, ut ve-
PLICA-nerandum Christi corpus exci-
TIO.pias, gloriosum scilicet beatissi-
 mæ Trinitatis organum, quo Deus
 tam mirificè operatus est, & inæ-
 stimabilem mundi thesaurum,
 bonumque præcipuum, cælum
 & terram suâ vincens præstantia
 ac dignitate. Et sicut tu novum
 es, nec ullius adhuc corporis con-
 tactu fœdatur: ita & ipsa à crea-
 turarum omnium attractu mun-
 da sum & immunis. Quemad-
 modum item ex te clauso Salva-
 tor orbis surget redivivus, ita ex
 meo concluso utero mundi salus
 processit. Ac demum uti tu sa-
 xumes solidum & immobile, ita
 ego incommutabilis atque invi-
 cta in fide omnique virtute per-
 mansi.

6. *Etiã spirituale sepulchrum Filio in corde suo paravit Maria.*
 Habet Dominicum hoc monu-
 mentum formam quamdam &
 effigiem spiritalis illius monu-
 menti, quod Virgo beata aman-
 tissimo filio suo in corde suo pa-
 rarat. Ut enim sepulchrum hoc
 ferris acutis excisum atque poli-
 tum est: ita gloriosa Virgo acu-
 tissimo doloris gladio in intimis
 animæ suę locum accommodum
 excidi permisit, monumentum v-
 tique tam afflicto & excruciato
 corpori congruum valdè, cum di-
 ligat Dominus cor contritum &
 humile, sive angustis oppressum.
 Et sicut in hoc sepulchro nõdum
 quisquam positus fuerat, ita Vir-

ginis matris cor devotissimum,
 nullumquam peregrinus crea-
 turarum amor vel affectus, saltem
 tenuissimè contaminarat. Ipsa
 namque porta illa clausa est, nul-
 lumquam patefacta, per quam
 solus Princeps & Rex Israël pro-
 cessit.

Erat prætereà monumentum
 hoc in horto: quandoquidem Vir-
 go intemerata hortus conclusus
 est dilecti, discretionis seu pru-
 dentia sepe cinctus, utpote quæ
 tanto fuit lumine ac discretionè
 perfusa, ut nullumquam ma-
 lum, ne sub virtutis quidem teg-
 mine; in ejus potuerit hortum ob-
 reperere; nec tantilla hortus ejus
 patebat ex parte, quâ serpens ille
 lividus ac impurus oculos vel se-
 mel inferre potuisset, qui tamen
 paradisum, in quo Adam erat,
 non ingredi modò, sed etiam cõ-
 spurcare ausus fuerat. Quin &
 secundus, adeoque omnigenis
 virtutum herbis confitus fuit sa-
 cræ Virginis hortus, ut nullus in
 eo vacaret locus, ubi quodvis lo-
 lium emergere quivisset. Ad sin-
 gularem namque almæ hujus Vir-
 ginis gloriam, crevit in eâ flos
 campi, & lilium convallium, ex-
 cellens ac aromaticus flos Jesse, in
 quo requievit Spiritus sanctus, &
 rosa Jericho amœnissima: adeo-
 que in signum evidens divinæ ac
 singularis benedictionis ejus, pul-
 lulavit vinea beatissima, cujus
 palmites ad superna feruntur, cu-
 jus odor virus omne & omnes
 pellit serpentes, cujus vinum cor

Ezeck
447.
B. Virg
hortu
paradis
sicut mo-
numentu
Christi in
horte.
Cant. 4

Gen 3

Cant. 27
Isa. 11.
Eccli.
24.

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA.
Zach. 9.
8.
Mar. 15.
Ioan. 19.
Sindon
integri-
tatu, &
balsamū
charita-
tu in B.
V. Maria
represe-
ntatur.

lætificat & accendit, ac juxta Pro-
phetam, *virgines germinat.*

Habuit etiam sanctissima Ma-
ter puram sindonem, id est, sim-
plicis obedientiæ, innocentia, ac
integerrimæ virginitatis vestem.

Cui nec defuit aloë amarissimi
doloris, myrrhaque afflictionis
intolerabilis. Habuit deniq; pre-
tiosissimū balsamum & unguen-
ta speciei que virtutum omnium.
Atque ita demum Christum filiū
suum obvolvitur, perunxit, atque
in sacratissimo sui pectoris mo-
numento sepelivit.

9.
Quam
magis
corde dis-
cesserit
Virgo cū
sodalibus
à sepul-
chra.

Jam verò etiam hoc mente ru-
minemus, quanto cum mœrore
afflicta Mater à monumento dis-
cesserit, quàm hæc ei perpetua
fuit cogitatio, quem amisisset, &
quàm inæstimabile pignus sub la-
pide condi sivistet. O quàm mise-
randum in modū à sancto Joâne,
ceterisq; amicis suis, à sepulchro
abducta fuit, quippe quæ tota pe-
nè exhausta atq; absumpta erat.

Reverà quisquis huic ita afflictæ,
ita mœrenti, ita graviter laboranti
Virgini & Matri, imò & Domine
nostræ non compatitur, non est
vivens gratiæ filius, sed est abor-
tuum insensibile ac mortuum;
indignus planè est, qui lac gratiæ
ex maternis ejus sugat uberibus.
Ceterum ipsi quoque cum eadem
Virgine matre, uti jam dictum est,
Christum Jesum in cordibus no-
stris sepeliamus, ut nos per ipsum
& in ipso ab universis operibus
mortuis resurgamus, unaque cum
illo ad paternam usque gloriam

felicissimè conscendamus, eodem
Domino Jesu nos adjuvante, qui
est benedictus in sæcula, Amen.

A P P E N D I X,

*Ostendens, quam immensus Dei er-
ga nos sit AMOR (quod quidem
ex Christi incarnatione ac pas-
sione, Sacramentog; EVCHARI-
STIÆ elucescit) & uti nos totos
Deo tradere atque resignare de-
beamus, qualibet adversa amore
illius tolerantes.*

1. Totam Trinitatem equali amore nos dile-
xisse, quo dilexit Christum, nempe infinito.
2. Ex Eucharistica institutione apparet, Chri-
stum, si opus esset, adhuc paratum esse pro nobis
crucifigi.
3. Exaltavit DEVS naturam nostram in
Christi incarnatione, plus quàm fuerit olim depres-
sa in Ada peccato.
4. Prospopacia Patris aterni, qua homini sua
exponit beneficia: & eorum vice postulat perfe-
ctionem vitæ spiritualis; cuius ibi compendium
penitur.
5. Oratio anima fidelis, qua Patri aterni invi-
tanti respondet, & Christi merita pro se offert.
6. Filius Dei alloquitur animam, ei que sua enu-
merant beneficia, postulat rependi sibi amorem, in-
nocentiam, sanctitatem, resignationem.
7. Oratio anima fidelis, Christi allocutionem
gratanter excipiens, & seipsam illius misericor-
dia committenti.

TAM ardens & * incontinens
est Dei erga nos amor, ut si
mors & passio Christi ad
salvandum hominem non suffe-
cissent, etiam Pater cælestis &
Spiritus sanctus quoque huma-
nam potius assumpsissent natu-
ram, ac pro homine mortem sub-
jissent, quàm eum perire sivistent.
Licet verò Filius solus naturam
nostram assumpserit, mortemque
ob hominem peressus sit amarif-
simam, amor tamen Patris & Spi-
ritus

1.
Totali-
tatis
infini-
amori
ligitua
mystra
incarn-
tione
passio
operata
est.
* Qui
nempe
tam ex-
cessivus
est, ut
nullo
sefe

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
TIO.
mitē cō-
tineat;
quasi di-
cat, in-
finitus.
Ioan. 16
Ioan. 3.

Rom. 8.

Consilium
Trinita-
tis decre-
vit re-
demptio-
nem no-
stram.

ritus sancti non minor erga nos fuit: quandoquidem una est trium personarum essentia, unus amor, indistincta operatio, una eademque voluntas. Hinc Christus dicit: *Pater amat vos.* Rursumque: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.* Et de Spiritu sancto Apostolus ait: *Ipsē postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: id est, inspirat nobis, movet & excitat nos ad orandum & virtutibus incumbendum: testimonium item reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei, ut ex interno huius testimonii gaudio clamare in eodem spiritu possimus, Abba, Pater.* Quid verò in miseranda hac lacrymarum valle beatus aut iucundius esse queat, quàm ut homo ex testimonio sancti Spiritus in conscientia percepto, Deum possit Patrem suum dicere? Si enim filii sumus, ergo & fratres & coheredes Christi. Consilium sanè super humani generis redemptione veneranda sacratissimaque Trinitas egit, estque concordia ab ea definitione decretum, ut hominem redimeret: & quia in nullam magis quàm in Filii personam competebat naturam humanam assumere, ipse Filius, qui Creator erat omnipotens, tum sponte suà, tum voluntate Patris, tum suavis Spiritus sancti, lætus hominem induit, factusque est creatura, cooperante ad hoc ipsum & Patre & Spiritu S. Christus namque

per Patris cooperationem de Spiritu sancto conceptus est. Vide quàm pro te sollicita fuerit Trinitas adoranda. Contuere, quàm te ab omni aeternitate dilexerit Deus. Attendite, quæso, hæc frigidum & obduratum filii Adam. Cogitate, quàm caro vos ipse Deus pretio comparavit. Dignissimum quidem, quod cor illius concipere, & præcipuum, quod divina eius potentia exhibere potuit, dedit: nempe Unigenitum suum, cui non pepercit, sed eum pro peccatis hominum in ignominiosissimam mortem crucis tradidit.

Porro ipse Christus, sicut olim Patri factus est obediens usque ad mortem, sic hodieque & ad novissimum usque diem, non solum Deo Patri, sed & cunctis hominibus, qui paternam voluntatem fidei cordibus amorisque desiderii diligunt, eidemque adhærent, morem * gerit. Et quia necesse non est denuò eum mortem subire (quando sacra illius mors ad peccata omnia quæ iam facta sunt, & quæ adhuc fiunt, se extendit) dulcis Dominus sacrum Corpus, præclaram animam, pretiosumque sanguinem suum, unà cum meritis omnibus vitæ & passionis suæ, quotidie in altaris venerabili Sacramento in nostrorum remissionem culparum, memoriamque passionis & mortis suæ, offerre non desinit: nimirum hoc ipso nobis insinuans, si ita necesse foret, paratum sese esse adhuc quotidie venerandum cor-

2.
Phil. 2.
Institu-
tio Eu-
charistia
docet,
Christum
adhuc
paratum
pro nobis
mori si o-
pus esset.
* Sicut
Dominus
Iesus
fuit ob-
ediens
Deo Pa-
tri & Ma-
riæ, &
Ioseph,
ita pas-
sim lo-
quuntur
Scriptu-
ræ de
Deo ob-
ediente
homi-
nis ju-
stis. Isa.
58.
Clama-
bunt & di-
cet. Ecce
adsum.
Ps. 144.



HOMI-
 NICAR
 PASSIO-
 NIS EX-
 Plica-
 TIO.
 Volunta-
 tem time-
 tum se-
 faciet.
 Iosue 10
 Obdien-
 te Domi-
 no voci
 hominu.
 Sed hæc
 Christi
 obedi-
 tia nunc
 maximè
 hic con-
 sidera-
 tur,
 quod ad
 vocem
 Sacerdo-
 tis in sa-
 crificio
 Missæ
 sese sta-
 tim si-
 stit præ-
 sensens,
 & im-
 mola-
 tur.
 Vbiq; &
 semper
 obvia no-
 bu est
 Christi
 dilectio
 & mis-
 ricordia
 ex meri-
 tu passio-
 nu.
 Plu rō-
 gat. ut
 no illi
 uniamur
 quàm à
 no uro-
 gatur.
 4. Reg.
 4.

pus suum nostræ salutis causa ne-
 ci tradere, sanguinemque funde-
 re. Quo enim amore tunc Chri-
 stus nos prosequatur, eodem
 etiamnum prosequitur, in ævum
 que omne prosequetur. Cuius jã,
 obsecro, vel saxum pectus non
 hinc cõpungatur? cuius spiritus ex
 hoc amore non exulter? cuius cor
 præ hujus ferventissimæ charita-
 tis ardore non totum liquecat?
 cuius non deficiat præ ingenti ad-
 miratione intellectus? ubi im-
 mensam Dei erga nos bonitatem
 & dilectionem contemplatur, ubi
 oculus cordis attendit, & consci-
 entia trutinã examinat ingen-
 tia Dei beneficia, quæ is contulit
 in nos miseros, & indes confert;
 quæ certè tanta sunt, ut vix pos-
 sint esse majora. En grata Christi
 brachia ad nos suscipiendum
 semper extenta sunt. Vulnera i-
 tem ejus numquam non patent,
 parata profluere in omnes qui id
 appetunt. Vexilla misericordiae
 ejus perpetuè explicata sunt, ut
 sub illis protegamur deliteamus-
 que, cum semper ipse nos suscipe-
 re paratus sit. Imò, quod plus est,
 tanto nostri teneretur desiderio, ut
 per divinos tractus divinasque
 inspirationes, & internas repre-
 hensiones suas plus nos roget,
 quàm rogetur à nobis: quando-
 quidem & multò paratior est no-
 bis dare, quàm nos petere. E-
 nim verò fons vivus est, perpetuè
 scaturiens, nec umquam fluere
 desinens, nisi cum vasa defunt. Et
 ipse uno amoris nexu homini u-

niri, deliciosumque habitaculum
 ac desiderabile templum suum
 intra nos extruere vehementer
 appetit. Adeo, inquam, homini
 per amorem uniri desiderat, ac si
 suæ prorsus potentia & majestatis
 oblitus, per omnia similis homi-
 nibus effectus esset. At quomodo
 nos magis in sublime attollere,
 seseq; amplius deicere potuisset,
 quàm jam fecit? Quomodo suam
 nobis propius conjungere pote-
 rat Divinitatem, quàm conjun-
 xit, quando eandem celsissimam
 atque immortalem nostræ morta-
 li copulavit humanitati per na-
 turæ nostræ assumptionem? Quin
 & quotidie illam ipsam Deita-
 tem suam, & quidquid est, nobis
 præbet in cibum.

Sed & Deus Pater naturam no-
 stram humanam quàm fieri po-
 tuit sublimissimè in Christo ex-
 altavit, ultra creata omnia ad
 suam usque dexteram eam attol-
 lendo. Ut verò Deus majori nos
 honore & gloria afficere, aut ab-
 undantior charitatem nobis
 exhibere potuisset! Nimiru mul-
 tò uberiores salutem & gloriam
 per Christum Dominum ac Sal-
 vatorem nostrum adepti sumus,
 quàm per Adam primum paren-
 tem nostrum perdidimus. Quid
 ultra à dulcissimo Domino desi-
 derare possumus? Certè cuiuslibet
 homini toto corde ei per dilectio-
 nem adhærenti tam intimè affe-
 ctus est, ac si cæli terræque, & om-
 nium quæ illis continentur obli-
 tus, totus in illum amore deper-
 ict.

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
TIO.Frigidus
sepe in-
gratissi-
mum pec-
torem.4.
Expositio
latro Dei
Patris,
exponen-
tis homi-
ni infini-
ta benefi-
cia.

iret. At nos duri & frigidi, nec omnibus his movemur, neque ad illius inflammamur amorem. Ad eò corda nostra sensuali delectatione infecta, & vanitatibus, oblectamentis voluptatibusque sæculi dedita sunt. Plorant cælum & terra, in id loci incidisse homines, ut creaturas diligant relicto Creatore, qui est summum & incommutabile bonum: malintque servi esse dæmonum quàm filij Dei. Ah, ah! pudeat nos perverfitatis, ignaviæ, & ingratitude nostræ. Diligamus, quæso, Dominum Deum nostrum, qui nos tam immenso amore complexus est.

Putemus Patrem cælestem nos alloqui, dicereque animæ humanæ: En amplissimum mei in te amoris testimonium fert Unigenitus meus, quem equidem totum pro te tradidi. Non corpus, non animam, non sanguinem illius tui causa dare dubitavi. Imò si quid pretiosius, si quid melius paterno potuisssem corde concipere, & id quoque tibi donassem. Altissimam Divinitatem meam in humanitate Filii mei tibi dedi; cum sit mecum & in me unus idemque verus ac inseparabilis Deus. Dedi insuper tibi sanctum Spiritum meum, ut is te mundaret, confortaret, illustraret, veritatem omnem & justitiam edoceret, suo inflammaret amore, solaretur item te, & cunctis charismatibus virtutibusque donaret. Ita enim complacuerat mihi

in te, & inveneras gratiam in oculis meis, simulque cor meum apposeram ad te, eligens te in dilectam sponsam meam: nam decretum est mihi habere in te delicias & oblectationes meas, utpote in quo constitui templum cubiculumque meum, & elegi habitationem meam. Ceterum licet ego meipsum totum minimeque divisum dedi tibi, ô homo: ita volo ut & tu mihi te totum atque indivisum reddas. Purissimo te amore complexus sum, absque ullius vel muneris vel compensationis tuæ intuitu: æquum proinde est, ut & tu vicissim me pure propter meipsum, absque mercedis contemplatione, diligas; ut sim ego merces, spes & scopus tuus, amesque me, eò quòd ipse te dilexerim, & ut à me diligere merearis. Jam si his audiris, mecum amoris jura inire vis, dignusque fieri qui à me ameris: voluntariū vivumque instrumentum sis oportet, teque à me agi patiaris, offerens atque resignans te totum mihi absque electione vel repudiatione hujus aut illius, si ensque me tecum agere & in tempore & in æternitate quidquid mihi placuerit. Prorsus ita necesse est, ut mihi in te operandi præstes facultatem; abnegans penitus te ipsum, petensque à me medullitus, ut perficiatur in te, quod ab æterno ipse constitui ac præordinavi. Tum integra quoque erga bonitatem meam fiducia mihi adhærebis, & cum ingenti grati-
tudi-

Totum se
dedit ri-
bi Deus,
totum te
sibi postu-
lat.Da ergo
mi totum
Deo, id est
nullius
mercedis
intuitus.Cum sum-
ma resi-
gnatione;Et fidu-
ciali ad-
hesionem,
ac grati-
tudinem.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
ELLICA-
RIO.

tudine recipies de manu mea
quaecumque tibi evenire permi-
sero, tam adversa quam prospe-
ra, & tentationes, & afflictiones,
& derelictionem, & angustias:
omnino confidens in bonitate
mea, credensque mittere me ista
tibi ceu optima maximeque salu-
taria. Et curabis sedulo, ne opera-
tioni meae per obstinationem in-
ordinatamque proprietatem vel
dissolutionem tuam resistas. In
qualibet afflictione, angustia, &
derelictione quae tibi acciderit, tan-
tis per desiderabis permanere ac
perseverare, quoad mihi visum
fuerit inde te absolvere eripereque.
Prorsus feres crucem illam ad fi-
nem usque mei causam. Nam ad
hunc modum tentationibus &
molestiis excutiaris atque agite-
ris oportet, donec palea pravae
cupiditatis, inordinatae proprie-
tatis, vitiosaeque propensionis à te
separetur. Necesse, inquam, est,
ut elatus rigidusque animus tuus
istis ceu mola quadam contera-
tur, donec in oculis tuis instar
pulveris aut cineris nihili fias: ita
ut non agnoscas modò, sed &
sentias te & miserimum & vilis-
simum esse mortalium omnium
quos mundus habet; adeoque ab
omni propria voluntate & ele-
ctione exuaris, ut quidquid
Deus tecum & cum creaturis om-
nibus fecerit, secùs fieri non ve-
lis, etiam si creaturae omnes cun-
ctaque elementa tuo subiacerent
imperio. Verùm antequam huc
pertingatur, hoc opus, hic labor

est; multasque cruces ac labores;
imò & spiritales mortes subire
oportebit. Prodent se undique
vitia in te latentia, teque ingenti
dolore & angustia afficient: sed si
constanter in certamine perseve-
raveris, si humiliter petieris ut tui
misereris per dilectum Filium me-
um, tandem me auxiliante vin-
ces feliciter. Quando enim in no-
mine Unigeniti mei aliquid pie
petitur, mihi summè placet hu-
iusmodi petitio: quemadmodum
necessariò apparet aureum, quod
per vitrum aurei coloris conspi-
citur. Hæ planè duæ sunt alæ, si-
de admodum, quæ te compendio
celeriterque ad spiritalem & per-
fectam vitam subvehere poterunt:
videlicet Abnegatio tui, & Pa-
tiens adversorū tolerantia. Quis-
quis enim se mihi simpliciter resi-
gnare novit, illi nec afflictio, nec
infirmetas, nec adversitas ulla ac-
cidere potest, quí ei cedat ad vir-
tutis incrementum. Itaque si quis
omnia æquo ferat animo, dili-
genterque suum observet fundum,
audiet paternam vocem meam
intus loquentem sibi: Nosce reip-
sum, scito quàm vilis sis, agnosce
nimiam immortalitatem tuam,
multipliciaque vitia tua in fundo
tuo latentia. Adverte nihil te esse,
nihil habere, nihil posse ex reip-
so, & me in te operari sine. Ad-
hæreto mihi per amorem, serva
mihi fidem: & quidquid tu viri-
bus tuis non potueris, ipse pro te
faciam.

Hic

*Per cruce-
m feras
quamdiu
ipse vo-
luerit.*

*Sic enim
melius
reipsum
agnosces*

*Et ab om-
ni propri-
tate ex-
uaris Dei
volunta-
tem in-
dueris.*

*Per Filium
meum
vinctus
eris
feliciter.*

*Vita
spiritualis
compendio
celeriterque
ad perfectam
vitam
subvehere
poterunt.*

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
TIO.

5.
Devota
anima o-
ratio effi-
cacissim-
a, re-
spondet
Deo in vi-
santi. Co-
fessio pec-
cati, &
penitio
venia.

Propos-
itio emen-
dationis.
Psal. 50.
Iob 13.
a Humi-
li agni-
tio pro-
pria fra-
gilitatis.

b Postu-
latio gra-
tia.

Resigna-
tio ad om-
nia quae
Deo pla-
cuerint
permitte-
re, vel
immitte-
re.

Hic jam homo dulcissima hac Patris caelestis voce invitatus, cum sancta spe & fiducia accedat ad eum, dicetque humiliter: Con-
fiteor tibi, clementissime Pater, omnia peccata mea, quibus te of-
fendi. Heu! infelix ego, non veritus sum execranda illa perpetra-
re scelera, quae dilectus Filius tuus tantis cruciatibus diluit atque expiavit. Ingratus tibi fui pro omni dilectione, benignitate & fidelitate mihi a te exhibitâ. Sed nunc, misericordissime Pater, oro te, ne memineris injuriarum quas a me accepisti. Converte oculos divinae pietatis tuae ad me, & in gratiam me recipe. Jam enim propono, te adjuvante, corrigere vitam meam. a O Domine, miser ego sum & infirmus, nihil valens, conceptus in peccatis, natus in miseriis, nutritus in vitiis. Noli indignari adversus folium quod vento rapitur: noli oblivisci inopiae & fragilitatis meae, nec subtrahas a me auxilium gratiae tuae. b Miserere mei Deus, miserere mei per dilectum Filium tuum Dominum meum IESUM Christum. Emunda me, sana me, confirma me, pugna pro me, operare in me, utere me pro tuo beneplacito. En me totum tibi resigno, me totum pleno affectu sicut possum in hostiam vivam tibi offero: paratus deinceps vivere juxta gratissimam voluntatem tuam, ac pati quidquid tua bonitas mihi evenire permiserit. Non peto, Domine, ut mala, quae commisi,

innata maneant. Prorsus ultimum cere in me iniurias quas intuli tibi: quandoquidem humiliter me submitto flagellis misericordiae tuae. Scio & verè scio, quod non poterunt tot mihi adversa & cruciamenta accidere, quin plura majoraque merita sint iniquitates meae. Itaque non nisi gratiam tuam altâ cordis voce postulo: &, ut justiciam misericordiae temperet rogo. Quid vero retribuam tibi, o benignissime Pater, pro omnibus bonis quae in me contulisti? Equidem neque in caelo neque in terrâ aliquid invenio, quod vel dignius vel tibi gratius sit, quam ipse Unigenitus tuus. Eum igitur quantâ possum humilitate & gratitudine tibi offero, in unione illius amoris quod tu mihi eum dedisti, & ex paterno corde in hunc mundum misisti, ut humanam assumeret naturam, mortemque subiret amarissimam. Offero merita incarnationis, conversationis, passionis & mortis ejus. Offero ignominiosam afflictionem, voluntariam obedientiam, ineffabilem humilitatem, incomprehensibilem patientiam & ardentissimam charitatem illius. Offero immittissima vincula, verbera, impulsus, concussiones, contemptus, conspersiones, opprobria, irrisiones, blasphemias, & quidquid perpeffus est. Haec omnia tibi offero tamquam dignum sacrificium, ad supremam gloriam tuam, pro omnibus peccatis & negligentis

Psal. 118.
Oblatio
meritoria
Christi
pro defec-
tibus nos-
tris, quae
est praxis
pia & u-
tilis, &
familiam
ritum a-
pud Deum
usurpan-
da.

X
meis.

DOMI-
NICA
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

Merita
Christi
præponde-
rants de-
meritis
nostris.

meis. Suscipe, quæso, gratissi-
ma unigeniti Filii tui merita, pro
detestandis iniquitatibus meis.
Quidquid enim ego deliqui,
totum ille sua passione diluit
atque expiavit: & defectus meos
omnes ipse sarcivit atque supple-
vit. Multò plus tibi solvit, quàm
sit meum debitum. O si malitiam
meam & illius bonitatem, mea
vitia & ejus merita simul librare
velles! nimirum hæc ipsius merita
peccatis meis præponderarent.
Et quod tam flagitiosum scelus
esse possit, cui ingentes cruciatus
unigeniti tui non impetrent ve-
niam? quæ tam scæda macula,
quam calidus sanguis illius non
diluat? Vincit planè passio &
mors ejus, peccata omnia: im-
mensæ meritorum illius divitiæ, cun-
cta vitia, cunctasque negligentias
superant. Tibi itaque, ut cœpi,
offero innocentissimam mortem
dilectissimi Filii tui, & quidquid
in assumptâ humanitate operatus
est, unâ cum omnibus meritis
Sanctorum omnium, & cum cun-
ctis virtutum actibus, qui ad ex-
tremum usque judicii diem pro
gloria nominis tui fient, itemque
cum laude & gratitudine univer-
sa, quæ in infinita sæculorum sæ-
cula tibi exhibebitur. Ista omnia
tibi offero pro delictis meis, &
pro peccatis vivorum atque mor-
tuoꝝ, pro quibus ego orare ad-
strictus sum, & tu rogare vis: ut
inde in æternum lauderis, & gra-
tiarum actiones ab omnibus tibi
reddantur, Amen.

6.
Scomodo

Putemus & Filium Dei Jesum

Christum unicuique nostrum di-
cere: Vide, ô homo, quid fecerim
tibi. Ab omni æternitate agnovi
te in divina essentia mea: quan-
doquidem ab æterno in me fuisti
secundum ideam. Insuper & crea-
turam te feci, tam eximio te amo-
re complectens, tamque excellen-
ti donans gratia, ut te secundum
animam ad imaginem & simili-
tudinem meam creârim. Et ut
scires quàm generosam atque ele-
gantem ipsam animam tuam fe-
cerim, nihil dubitavi illius causa
accipere naturam tuam. Factus
sum caro tua & sanguis tuus: ut
tuos supplerem defectus omnes,
pro tuis satisfacerem delictis, te
redimerem, vitamque tibi obti-
nerem & mererer æternam. Ego,
inquam, qui ex divino Patris mei
cælestis utero, ante omnia sæcu-
la miro quodam ac ineffabili mo-
do genitus sum, eidem Patri meo
in potentia & gloria semper æ-
qualis permanens, mortalem
tuam non sum dedignatus natu-
ram assumere. Triginta tres & eo
amplius annos, factus servus tuus,
in multa paupertate, humilitate,
labore & afflictione operatus sum
salutem tuam. Cùm sicut ovis
perdita aberrares, diu te quæsivi,
& inventum meis humeris ad Pa-
trem reduxi. Factus sum tam-
quam exul à regno meo, ut tu
hæres fieres. A Patre quoque
meo derelictus, & castigatione
crudeli correctus sum, permisi-
que iram ejus in me devolvi: ut tu a-
pud eum gratiam invenires, ami-
cus.

Alia di-
enime
ret ani-
ma pecc-
catri
sua ben-
ficia:
Præti-
sonis,
Creatio-
nis.

Incar-
natio.

Evangel-
zatio.

Luc. 11.
Matth.
11.
Passio,
Phil. 1.
Ierem.
30.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
FLICA-
TIO.

Patro-
nii Vir-
ginu ma-
tri,

Eucha-
ristia.

Psal. 21.
Pro-
phetia
magis
passionis
beneficia.

Postulat
pro amni-
bia repen-
di amo-
rem,

cusque & filius Dei efficereris. Denique omne debitum tuum in me recepi, & qui iudex tuus eram, teque sententia aeternae damnationis jure ferire poteram, memet sub specie rei in mortem ignominiosissimam ultro tradidi pro peccatis tuis. Caput meum spineae coronae supposui, manus ac pedes clavis objeci, totum corpus meum verberibus patienter submisi, sanguinem meum ad extremam usque guttulam effudi, animam pro te dedi, ut te mihi amore jungerem atque unirem: & tamen tu te mihi subducis, & divideris à me. Insuper Matrem meam dulcissimam, tuam quoque matrem esse volui, cor meum tibi patefeci, & ejus cruorem potandum tibi praebui ex amore purissimo. Sacratissimum Corpus meum in cibum, & pretiosum Sanguineum meum in potum tibi reliqui. *Factus sum opprobrium hominum, & abjectio plebis.* Velut botrus in passionis torculari expressus sum: *aruit tamquam testa virtus mea, & decocta est amoris igni.* Torus exhaustus & absumptus sum salutis tuae gratia. Vide, uti in cruce pendeo contemptus, extensus, sauciatus, omni solatio destitutus, brachiis ad te expansis, latereque aperto, ut te in gratissimum cordis mei cubiculum introducam, ibique aeterno complectar amore. Quid vis ultra faciam tibi? Quomodo majorem dilectionem, fidem, benevolentiam & benignitatem tibi exhibere possum? Sit penes te ju-

gis horum memoria. Repende vicem amoris. In imaginem sacrae humanitatis meae ita cordi tuo imprime, ut quaelibet extraneae imagines inutilesque cogitationes illinc abscedere cogantur. Planta floridam arborem Crucis meae in intimis tuis: stude mihi placere, imitando vitam & virtutes meas. Vitato, quantum in te est, omnia quae mihi displicere cognoscis, ut sunt superbia, vana gloria, odium, ingluvies, & alia huiusmodi peccata ac vitia. Renuntia sponte naturae oblectamentis: hoc est, abdica omnia in quibus natura delectatur, illis dumtaxat exceptis, quae ipsi naturae sustentandae rationabiliter necessaria sunt, quaeque adiumento tibi esse possunt ad servendum Deo, & ad perveniendum ad Deum. Breviter, amputa & refrena quidquid in conversatione tua, in amore, intentione, verbis, operibus, vestimentis, commoditatibus, & quibuslibet rebus illicitum, impurum aut vanum est: propriamque voluntatem tuam diligentissime mortifica, ut ego in te vivere atque operari possim. Pro acerbissima passione mea hanc vicem mihi redde, ut quamlibet tam externam quam internam molestiam, quae me permittente tibi occurrerit, humiliter patienterque feras; sive ea sit persecutio & vexatio, sive contemptus ab hominibus illatus, sive charorum amissio, aut jactura rerum temporalium, aut inimi-

*Mandatum
toris cum
studium,
virtutum
Christi
imitationem,
ad
perfectio-
nis stu-
dium*

*Resignationem
& con-
firmationem in af-
flictionibus*

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
TIO.

Humili-
tatem,
Perseve-
rantiam
in cruce
bus ferē-
dū, non
querēdo
salutem
vana aut
aliena,
aut inor-
dinata,
sed sub-
mittendo
se in-
grē bene-
placito.
Dei.

* Cul-
patur
anxie-
tas ser-
pulofo-
rū, qui
afflictā
eōscien-
tiā sola-
rium u-
nicum
esse sibi
persua-
dent ad
evaden-
dū mo-
lestias
desola-
tionū, si
nulla de
causa,
semper
recur-
rant ad
confes-
siones
iteran-
das, &
confes-
sarium
fatigēt
audien-

inimici tentatio, aut internus a-
nimi angor ob defectum profe-
ctus tui, vel quodlibet gravamen
etiam culpā tuā exortum. Has &
consimiles afflictionū cruces om-
nes tibi à me credas impositas,
mihique gratias agens illas susti-
nebis, ac teipsum resignabis.
Quando alii te vilipendent, ex
animo fateberis centuplò vilio-
rem te esse, plusq; contemptus
meruisse, quàm cuncti homines
tibi inferre queant, imò indignū
esse, qui à tam præstantibus crea-
turis despiciaris. Cùm profusus
desolatus & anxius corde fueris
ob peccata exactæ vitæ, ob ni-
mias negligentias tuas vitiaque
multiplicia, & quòd tam nihil
progressus sis in virtutibus: tum
non statim ad confitendum * pro-
perabis eo animo, ut ab hujusmo-
di molestia releveris, neque sola-
tia inordinate perquires, quæ af-
flictionem illam à te depellant
(hoc enim esset crucem abicere,
& sequi consilium diaboli, dicen-
tis: *Descende de cruce*) sed fortiter
mecum in cruce fixus hærebis
perseverabisque. Quidam hujus-
modi anxietates & conscientia
remorsus crebrâ confessione de-
pellere conantur: sed si vel mil-
lies confiteantur, parum eis
hac in parte contulerit. Tu igitur
etiam horrenda judicia mea, quæ
per illos angores in te declarari
videntur, patienter feres, cum
humili in beneplacitum meum
resignatione. Itidem facies, quan-
documque te derelictum & spiri-

tali consolatione destitutum sen-
ties. Prætolaberis me resignato
& tranquillo animo, atque hanc
pressuram tuam & iram meam
cum benigna mansuetudine ad
finem usque perferes, donec ego
ipse veniens, te de cruce depo-
nam. * Ita mihi in illa pauper-
tate & sterilitate multò gratior er-
is, quàm si magna devotione sen-
sibili afflueres, & intus florerent
omnia. In hujusmodi pressura ac
miseria, non tam facilè teipsum
quærere vel tibi vanè placere po-
tes, sicut in consolationis affluentia.
Nam in sensibili dulcedine
naturæ plerumque se admiscet: &
dum homo ea immodicè delecta-
tur, maculam contrahit. Itaque
sæpenumero devotionis dulcedi-
nem tibi subtraham, & insuper
acerbis immundisque cogitatio-
nibus & horrendis imaginibus,
tartareisque phantasmatis te
fatigari permittam: quod ipsum
æquo animo perferre debebis. Pa-
ratus eris etiam toto vitæ tuæ
tempore in tentationibus, pœnis,
angoribus & pressuris perdurare,
si ita mihi visum fuerit, petesque
ut in te & de te fiat gratissima vo-
luntas mea, in tempore atque æ-
ternitate. Neque est quòd mire-
ris, cur ego quosdam tam amica-
biliter ac dulciter, quosdam verò
nò nisi per varias afflictiones tra-
ham. Mihi enim simillimos effi-
cio eos, qui multiplici molestia
& cruce pressi, patientiam servant,
ex immensa profusus dilectione
dono electis meis afflictiones:

sem-

dis fer-
pulofo-
mole-
stias in
frā re-
cātari,
cū nul-
lum no-
vū pec-
catum
aut ne-
cessariū
cōstitū-
dū ad-
Quod
cit val-
de in-
dinatū
illius
mole-
stias re-
levamū-
tum, &
omniū
Casui
Doctō-
res quo-
cēt, ve-
bo sine
puli.
* No-
tēt hūc
qui in
spiritu-
ali deli-
tatione
se se à
Deo de-
relictū
putant
& vici-
ant pu-
cula de
voti-
nis se
sibilibus
& com-
modis
sterilitatis
temē.

Confor-
mitatem
in cruce
in cruce
bu ac
desolati-
onibus.

DOMI-
NICAN
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
TIO.
Spem glo-
ria ob-
erues.

Perfecti
cur etiā
simori-
bus an-
gantur,
& tenta-
tionibus
jaceant q̄
velut in-
firmi, qui
tamen
sani sunt
& in gra-
tia Dei.

* Quos
Deus in
vita de-
solatio-
nibus
exercu-
it, illos

semper tamen humanæ naturæ fragilitatem attendo, cui ex amore & iustitia, nihil supra vires mihi benè perspectas imponere possū. Oportet planè coronam fortiter imprimi, quæ coram Patre meo perenniter virere atq; florere debet. Quò quis in hac vita graviores dolores & pœnas pro amore atque honore meo pertulerit, eò jucundius ac plenius in beata æternitate suavissimum mel Divinitatis meæ gustabit. Permitto etiam nonnullos semper veluti infirmos languere, qui tamen sanitatem reverà consecuti sunt. Hi cunctis diebus vitæ suæ timent, anguntur, affligunturque: eum aliud tibi persuasum non habeant, nisi quòd sint languidi: & tamen ad eum virtutis gradum conscenderunt, ut mortem ipsam fidenter subirent, potiùs quàm in me scientes peccarent. Ex magna fidelitate & dilectione, quam erga illos habeo, quãdiu vivunt, hujusmodi ignorantiam, timorem, & pressuram in eis relinquo. Satis enim novi eam ipsorum fragilitatem esse, ut si se convaluisse pro comperto haberent, statim ad seipsum cum vana sui complacentia reflecterentur. Jam in hac afflictione & miseria positi, humiliter sese resignant, ob idque mihi charissimi sunt. Tales plerumque in * ipsa hora, qua ex hac luce migraturi sunt, ab illa ignorantia, longisq; tenebris per me ipsum eripere ac blandè nimis consolari soleo; ut aliquo modo præ-

libata beatitudine, quã in me perpetuò fruituri sunt, bona cum securitate animam fundant: si verò hoc eis ante obitum non præsto, certè ubi jam defuncti sunt, vel si ad Purgatorium deduci debent, ubi ab omnibus culpis ad purum sunt repurgati, eos inenarrabili gaudio exultantes recipio in gloriosum æternumque regnum meum. Tu igitur te totum meæ providentiæ semper committe, te totum mihi resigna. Porrò licet sis fragilis admodum, sæpiusque labaris, numquam tamen desperes; sed pietati meæ firmiter & amanter innitere. Omnia vitia & peccata tua depone in cruenta vulnera mea, atque in abyssum misericordiæ meæ projice, meq; roga, ut pretioso Sanguine meo illa diluam. Quando post lapsum humiliter & confidenter me invocas, tam repente mundaris, quàm repente purgatus est leprosus ille, cui dicenti, Domine, si vis, potes me mundare, respondi, volo, mundare. Qui negaret me & posse, & velle etiam singulis momentis ignoscere ei, qui verè pœnitens est, is magno honore me spoliare niteretur. Ita verò mihi facile est mille talenta remittere, sicut unum. Planè quotiescumque peccator à vitiis culpisque se integrè avertens, mihi perpetuò servire, & me diligere, mihi que soli vivere, statuit: adeò me illi benignum exhibeo, ac si numquam me offendisset. Omnia enim peccata illi remitto, etiam si

morte veniente con-
solatur. Hoc no-
tent, & humili-
ter ad extre-
mū Dei consola-
tionem exspe-
ctent, qui in desola-
tione cum re-
signatione vi-
tam tristes per-
agunt. Provi-
dentia divina totum te permittit.

Pœnitenti quàm obvia sit Dei misericordia.

Math. 8.

Mat. 18.



DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICAC-
TIO.

tot essent, quot omnes simul ho-
mines commiserunt: si tamen ex
animo doleat purè ad gloriam
Dei, & ob id potissimum displice-
ant illi suæ iniquitates, quòd
mihi eas displicere intelligit.
Hæc pro tui excitatione, institu-
tione, & consolatione dicta sint.

7.
Interna
penitenti-
æ anima
ad Iesum
oratio su-
periori in
vitatione
respondenti.

Hic igitur homo etiam ad Do-
minum Iesum sese plena cum fi-
ducia convertet, ipsumque quàm
poterit humillimè precabitur in
hunc modum: O Fili Dei vivi, Rex
gloria Iesu Christe, miserere mei vi-
lissimi peccatoris. Ego enim etiã vi-
ta ipsa indignus sum, qui tibi hæc-
tenus tam ingratus fui, & non timui,
pro momentanea delectatione exple-
da ea cõmittere, quæ tu expiare San-
guine tuo, ac luere morte tua debe-
res. Et ad quem d̄ dulcissime Iesu, ad
quem ego innumeris onustus atq; cõ-
clusus peccatis refugere possum, nisi
ad te misericordia plenum? Itaq; ad

Peccata
in Christi
Vulnera
projicit.

omnia mala mea, omnem ingratiu-
dinem, inobedientiam & immortifi-
cationem meam, in abyssum divine
clementia tua, cruentaq; Vulnera
tua projicio. Ita, quæso, hæc pretioso
Sanguine tuo diluere, & meritis a-
cerbissima passionis tue expiare dig-
neris, ut nulla eorum apud te memo-
ria perseveret. O amabilis Iesu, &
unicum solatium meum! en accedo
ad te pleno desiderio te ferventer di-
ligendi, & cuncta quæ me à tuo pos-
sint amore abstrahere vitandi. O!
quantum me amasti & amas! Ut me
redimeres, naturam meã sumpsisti,
& factus es frater meus: ut ego exhi-
lararer, tristatus es: ut ego sanarer,
vulneratus es: ut ego mundarer, pu-

Agnoscit
beneficia
Christi,

rissimũ Sanguinem tuũ sudisti: ut e-
go viverẽ, mori non recusasti. Et quo-
modo, Deus meus, tã corde cæcus esse
potui, ut aversus à te (à quo mihi sa-
lus omnĩs & bona cuncta procedunt)
ad terrena caducaq; me converterẽ,
ex quibus non nisi perditio & omnis
miseria ad me redit? Mirum valdè
est, quòd mihi jam aliud cogitare li-
beat, quã immensa quæ mihi presti-
stisti beneficia: aut in aliqua alia re
solatiũ & animi recreationem qua-
rere, quàm in sacratissima vita ac
passione tua, dulcissimisq; & verè
mellifluis vulneribus tuis. O piissime
Iesu! adjuva & conforta me fragile
figmentũ tuũ. Tu es omnis spes mea.
Quantũ me perturbant & dejiciunt
peccata mea, tantũ me exhilarat &
erigit immensa bonitas sanctissimãq;
passio tua. Quidquid enim ego deli-
qui, morte tua acerbissima abolitum
est. Quidquid mihi deest, merita sa-
cratissima passionis tuae abundè ad-
implent. Et licet magna atq; innu-
mera sint peccata mea, parva tamẽ
sunt tua immensè collata misericor-
dia. Vnde & cõfido de infinita pietate
tua, quòd me nõquã perire sines,
quẽ ad imaginẽ & similitudinẽ tuã
creasti, stãtoq; labore ac tã caro rede-
misti pretio. * Ah bone Iesu! vulnera,
obsecro, cor meũ jaculo amoris tui, ut tã
ardenter te diligã, quàm ardenter ipse à
me vis amari. Exure & liquefacito me
totum, ut totus in me deficiam, totusq;
par amorem in te transformer, ac tecũ
unus spiritus efficiar. verumtamen non
mea sed tua voluntas fiat. Ecce resigno &
relinquo me totum tuo beneplacito. Fiat
Dne, fiat in me & de me gratissima vo-
luntas tua nunc & in perpetuum, Amen.

& sed
& in
titudi-
cafigu

Fideli
conspic
causã
dicit
exmp
riturã

* Affe
ratio-
nes de
vita.

HLUDOWICI BLOSII MARGARITI SPIRITUALIS

PARS QUARTA,
SIVE FARRAGO
VTILISSIMARVM INSTITVTIONVM
EX SCRIPTIS POTISSIMUM

D. JOANNIS RUSBROCHII
DECERTARUM.

Qui quidem Rusbrochius homo planè divi-
nus, & singulari modo à Deo illumi-
natus doctusque fuit.

§. I.

De Fide Catholicâ, & confessione
peccatorum.



PRIMUM donum
quod Deo electis
suis confert, ve-
ra, Christiana
& Catholica Fi-
des est: qua cre-
dimus quæ cre-
denda sunt, & DEO bene
fidimus, eumque amamus.
Per huiusmodi fidem anima con-
jungitur Deo, despondeturque
illi ceu sponsa suo sponso. Qui
errorem aliquem contra duode-
cim Symboli Apostolici articu-
los, sive contra septem Sacramen-
ta Ecclesiæ sequuntur, aut qui in
aliquo

Primum donum Dei est Fides. * Perseverantibus in hæresi vel infidelitate nil profunt, ad meritum vitæ æternæ, opera vitæ moraliter bona; quin sine fide impossibile est pla-

Plurima Institutio-
nes hic descri-
ptæ apud
Thaule-
rum e-
riam re-
periun-
tur.

1. Fides Catholica primum Dei donum: hereticum verò nihil prodest vita moralis, nisi, proprio iudicio relicto, se Ecclesiæ subiciant.
2. Examen fidei conscientia, deinde confessio auricularis; tum satisfactorum desiderium, & patientia in afflictionibus.
3. In hac vita exercendum est contra nosmet ipsos iudicium, ne damnemur in altera vita.
4. Bona voluntas donum est gratiæ divinæ; ejus signum est obedientia & confessio peccatorum.
5. Qualis debeat esse confessio: notanda scrupulosa doctrina de vi & fructu bonæ voluntatis.
6. Spes veniæ nutrienda est consideratione misericordiæ divinæ.

DOMI-
NICAL
PASSIO-
NIS EX-
LLICA-
TIO.

*cere Deo,
ad He-
bræos
cap. II.
& Scho-
lastici
apud D.
Thomã
1. 2. qu.
109. art.
2. 3. 4. 5.
6 docet
ex S. Au-
gusti-
no, infi-
delium
opera
moralia
extra
fidẽ aut
gratiã,
etsi bo-
na sint,
non ta-
men ef-
feutilia
ad salu-
tem, ni-
si valde
remo-
tè, &
quodã-
modò
disposi-
tive.*

*† Quid
faciendũ
infideli
volenti
se ad fi-
dem con-
vertere.*

2.

*Heb. II.
Expiatio
à pecca-
tis*

aliquo à sancta Ecclesia Catholi-
ca dissident, eiq̃ue contrariam te-
nent opinionem, sive id publicè
agant, sive occultè, si sic pertinaci-
ter perseverare statuunt, atque
ita moriuntur, etiã si cunctis mo-
ralibus præditi sint virtutibus,
omniaq̃ue misericordiæ ac con-
dolentiæ exercent opera, tanta-
que intellectus perspicacitate pol-
leant, quantam simul mortales
omnes qui umquam fuerint, ha-
buère: damnantur tamen, & mer-
guntur in flammam tartaream. Hæ-
retici, inquam, & schismatici post
mortem igne torrentur æterno.
† Si qui autem ex his converti
velint, ut propriæ voluntati re-
nuntient oportet, suamq̃ue scien-
tiam & intellectum scientiæ atq;
institutioni sanctæ Ecclesiæ sub-
mittant substernantq̃ue, & om-
nem vitam suam foris atque in-
tus sine factu & elatione ad Dei
honorem exigant: intus quidem
absq; simulatione credant, quod
sancta credit Ecclesia Catholica;
foris autem modis omnibus sin-
guli juxta suum statum & Eccle-
siæ decreta colant & exercent
ea, quæ ipsa sancta Ecclesia colit,
exercetq̃ue. Ita nimirum & gra-
tiam Dei modò, & postea beati-
tudinem æternam poterunt adi-
pisci.

Sine vera fide nemo placere
Deo, nec salvus esse potest, quid-
quid alioqui bonorum agat ope-
rum. Hanc igitur firmissimè re-
tineamus; & humiles facti, ingre-
diamur Prætorium conscientiæ

nostræ, ibique consideremus, ag-
noscamus, corrigamus, odio pro-
sequamur quidquid in nobis vitii
residet. Peccata nostra & culpas
coram Domino Jesu Pontifice &
Judice nostro, cælestique Patre
ejus, & coram Sacerdote confes-
sore nostro Dei vices ac locum
obtinente, accusemus atque con-
fiteamur. Et si quidem nos pec-
casse pœnitet, jam bono simus a-
nimo, & in Dei benignitate ac
misericordiã speremus, eiq̃ue cre-
damus atque confidamus. Et pœ-
nitentiam agendo, liberè nos
submittamus nedum sub justiti-
am Dei, sed etiam sub peccato-
res omnes, odio nos ac menda-
ciis infestantes, contemntes,
persequentes vel cædentes, deni-
que & sub creaturas omnes nos
divexantes: ita ut ad versa & in-
commoda omnia nobis ab eis il-
lata, taciti perferamus ob hono-
rem Dei, & in remissionem pec-
catorum nostrorum: nec quem-
quam hominem habeamus odio
aut despectui, quidquid etiam
nobis mali irrogetur, sed causa
Dei cuncta æquanimiter tolere-
mus: id enim magnum divini a-
moris præstat profectum.

Explora, attende, & judica
modò temetipsum, ne postea à
Domino judiceris atque condemi-
neris. Revoca ad memoriam
quemadmodum vixeris, uti te
neglexeris in verbis, actibus, de-
sideriis, cogitationibus, tui im-
mortificatione, simulatione vel
hypocrisis, affectusq̃ue impuritate,

&

*Examina
conscien-
tia.*

*Confessio
auricu-
larum.*

*Doleret
peccata.*

*Satisfac-
tio per
humili-
tatem, et
signati-
onem, pe-
nitentiã,
& alia
virtutum.*

*3.
I. Cor.
II.
Si se in
veritate
judica-
veris, in
futuro
judicio
non dan-
naberis.*

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
GIO.

& in illis omnibus quæ iniquè vel inordinatè admittuntur, quæque à charitate dissentiunt, & gratissimæ Dei voluntati repugnant: quorum quidem tantus in te est numerus & tam multiplex varietas, ut nulli præterquam Deo soli perfectè cognita sint. Displicebis igitur tibi ipsi ob illa, & cum Publicano coram Patre tuo cælesti ejusque æterna misericordia petentus tundens, dices: *Deus propitius esto mihi peccatori. Peccavi Domine, peccavi: miserere mihi misero.* Ablue faciem animæ meæ à vitis & peccatis omnibus, illamque exorna gratia tua. *Presta mihi bonam voluntatem, & animum strenuum, quod sine intermissione in tuo servitio laudemque tua renover.* Et ista quidem si obtinere velis, cõtemne, abjice, humilia & objurga te ipsum; Deum autem misericordiæ & pietatis suæ commonefacias; neque ab his desistas, donec ipse tibi intus respondeat, & veram loquatur pacem, verumque gaudium in corde tuo.

4. Bonitas voluntatis ex Spiritu sancto nascitur & gratia Dei, ac bona infusaque charitas, qua homo Deum ac sanctas virtutes colit atque exercet. Ipsa bona voluntas vividum ac voluntarium est instrumentum, quo Deus quidquid vult operatur. Planè, bona voluntas cum humilitate conjuncta, radix omnium virtutum est. *Pax igitur hominibus bonæ voluntatis.* Quotquot hac bona voluntate præditi sunt, ij Deo &

sanctæ Ecclesiæ obtemperant; aptique sunt & habiles ad gratiam Dei, & ad sapientiam ex Deo manantem suscipiendam. Si ergo Dei Sapientiam intra te recipere vis, à cunctis gravibus peccatis ab infantia perpetratis quoad poteris te expurges, idque coram sapienti & discreto Confessore, qui habeat juxta Ecclesiæ constitutionem te absolvendi potestatem. Quod si id semel egisti, satis est, & sufficit æternæ Dei veritati: sicque pacem habes coram Deo & in munda conscientia tua.

Si bona es præditus a voluntate, cupisque Deo ac cunctis virtutibus vivere, iam planè Spiritum sanctum habes in te, & interna gaudes pace, nec facile potes in mortiferum labi peccatum. Absque venialibus autem culpis vivere non poteris. Ipsas b culpas & errata tua Deo ac Sacerdote sincerè, nudè, apertè, paucisque verbis ac humili corde explica, dolensque confitere, & de illis te ipsum accusa ac reprehende. Multa verba conscientiam perplexam reddunt, inordinatumque pariunt timorem, ut quod quis amplius confiteretur, eò plus confiteri velit. Neque potest quisquam sese per seipsum vel omni conatu suo efficere pacatum atque tranquil-

a Hæc accipe de bona voluntate post factum Confessionis Sacramentalis ritè petita, juxta normam monitionis datæ num. 4. hoc s. 1. aut mox hoc num. 5. dandæ.

b Conditiones Confessionis observentur, & solatium atque remedium accipiant qui sunt, in materia Confessionis, scrupulosa conscientia.

Et vera confessio peccatorum.

Fructus bonæ voluntatis.

Y

lum.

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICAT-
IO.

lum. Itaque ostendas & aperias te ipsum æternæ veritati, speresq; & confidas immensæ pietati ac misericordiæ Dei, permittasque & resignes te bonitati illius, atque in hoc ipso pacem serva tuâ.

6.

Fiducia de venia nascitur ex infinita Dei bonitate.

Si bonæ voluntatis sumus, si ex animo verè nos peccasse pœnitent, & humili contritoque corde nos ipsos coram Deo & Sacerdote accusamus, meritò firmam fiduciam & spem concipere debemus impetrandi sine dubio veniâ à Deo. Et quânam umquam, obsecro, desperare possumus, si immensam velimus attendere benignitatem Dei, dicentis per Prophetam suum, Etiam si mater obliviscatur infantis uteri sui, ego tamen non obliviscar tuus? Sanè nullus ambigere debet, cuncta peccata ejus, qui cum vera divinaque contritione & sancta spe amanter ad Deum sese convertit atque erigit, citiùs in immensæ bonitatis ejus abyssu absorberi & cõsumi, quâ possit oculus aperiri vel claudi. Nam & * si mundus universus igneus quidam globus esset, & in ejus medio paucillum lini poneretur, non tam celeriter id conflagraret, quàm paratus est Deus remittere peccata verè pœnitentibus, quantumvis etiam multa & gravia sint. Sui autem displicentia, & seria nunquam peccandi voluntas, veraque erga Deum confidentia & amor, vera pœnitentia est. Istiusmodi igitur erga Deum cõfidentia & amor, thesaurus est longè præclarissimus:

Isa. 49. *Deus sine mora remittit peccata verè pœnitentibus ad id est sum osu si.*

* O Dei promptitudo incomparabilis ad ceterò condonandâ peccata verè pœnitenti. *Describitur pœnitentia vera.*

* Deum vulnerati per amorem, docent

quem qui habet, facile impetrat à Deo quidquid desiderat, * cum Deum in eo latere sauciet, in quo setueri non potest. Qui diffidentia & inordinato damnationis metu laborant, prudenter oculos internos cohibeant à nimia consideratione justii judicii Dei. Credant Scripturis sanctis, quæ abundant cælesti consolatione; & quòd Christus pro cunctis peccatoribus nemine excepto, mortuus est.

verba sponi Cantorum, c. 4. *Veritas vestri cor meum seror me. Remedia diffidentia.*

1. Pet. 3

S. II.

In quo consistat perfectio tam secularium, quàm Religiosorum.

1. *Secularium perfectio in quo sita sit;*
2. *Item Monachorum & Monialium.*
3. *Infirmiores Monachi ne sint pusillanimes.*
4. *Bona voluntatu efficacia.*
5. *Imagines impurae quomodo disicienda.*
6. *Mentis evagatio inter orandum citò compescenda.*
7. *Qui tentationibus gravibus viriliter resistunt, gratiores sunt Deo, quàm qui nullis vexantur.*
8. *Triplex ordo servientium Deo.*
9. *Simpliciores quid agere debeant, ut placeant Deo.*
10. *Bona voluntas, argumentum predestinationis.*

QUOT QUOT * inveniuntur secularia viri vel feminae, in ejuicemodi statu viventes, qui à Deo & sancta Ecclesia non discordet, si vera Orthodoxaq; fide præditi, & tam bonæ voluntatis sint, quòd ex Dei gratiâ perseverent in bono, & à gravibus sese contineant vitiis, ita ut sive in matrimonio, sive extra matrimonium, sive in officiis mechanicis, sive in servitiis degant, sive emanant,

1. *Secularium ordo, etiam pœnitentia officii vocatione sua propria consistit. * Abspice speculum & ideam vitæ secularis.*

DOM-
NICAN
PASSIO-
NIS EX-
PLICATI-
O.
dū Dei
volun-
tatem
institui-
enda.

mant, sive vendant, seu quavis alia licita ratione victum sibi parent, ut sese suosque sustentent, nusquam quemquam sponte ac scientes fallere, non mentiri cuiquam, non aliena tollere aut detinere, sed in omnibus veritatem & iustitiam colere ac sectari velint, & intentionem vitamque suam secundum Dei præcepta ac sanctæ Ecclesiæ decreta & institutiones dirigere atque transigere proponant, neminem odio habere, nulli invidere aversari neminem, sed præbere se faciles, benignos, & misericordes linguis quibusque sua indigentibus operantur, libenterque Missæ sacrificiū & conciones auscultent, reverentiam & amorem Deo atque hominibus exhibeant, peccata sua Sacerdoti humiliter confitentur, & in omnibus rebus bonis obtemperant: hujus, inquam, generis quotquot in mundo vivunt homines, Deo placent: & licet multipliciter occupati sint rebus externis, nihilominus de Dei confisi misericordia, venerandum Eucharistiæ Sacramentum, in solemnitatibus, si desiderant, accipere possunt. Nam quamvis sæpius in quotidianas cadant culpas, attamen, pro viribus sunt bonæ voluntatis & iusti * in omnibus.

* Nec ob ullas veniales culpas excidunt, à vera iustitia & gratia & charitate, aut indigni sunt, vel ad damnationem sumunt sacram Eucharistiæ communionem, ut videlicet in Concilio Trident. sess. 6. cap. 11. & can. 23. & sess. 13. cap. 7. & can. 11.

2. *Declaratur Monachorum ac Monialium institutum.*
* Idea

re Ordinem & canonem monasticum, ac instituta & consuetudines sanctas quas audierunt, scriptasque invenerunt à Patribus præcedentibus: verbi gratiâ, ut se habere debeant in choro, in in capitulo, in claustris, in refectorio, in dormitorio, in valetudinario seu domo infirmorum; item silendo, loquendo, jejunando, & edendo. Sicque & sani & infirmi semper secundum statuta seu Regulam suam, & naturæ vires (sicut recta dicat ratio ac vera discretio) sese gerunt. Cavent sedulo ne umquam murmurent. Proprium sensum ac iudicium citò abjiciunt, & ex humili obedientia omni propriæ renuntiant voluntati. Non secundum carnem, sed secundum spiritum vivere statuunt. Dum incolumes sunt, semper boni quidpiam exercent: dum autem adversa laborant valetudine, mansuetudinem ac patientiam retinent. Et quando sese negligunt & excedunt, vel agendo vel omittendo plus minusve, aut quovis alio modo, tum quidquid conscientia peccatum esse testatur & accusat, id humiliter queruntur, & cum dolore vel contritione cordis Sacerdoti suo confitentur, ac pro illius arbitrio agunt pœnitentiam. Tales Deo satis confidere debent, sicque super Dei misericordiâ ac benignitate sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum accipere, quoties ex Ordine datur, aut ex bonâ consuetudine illud percipere solent.

veri Religiosi. Custodiam regulam, cuiusque Religiosi Ordini penitentiarii

Passus, quies, submissio & spiritualis vita.

Frequentia Sacramentorum



DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
TIO.

Repressio
sensuali-
tatis, &
tentatio-
num.

Humilis
agnitio
sui.

Solacium
Religiosis
bona vo-
luntatis.

3.
Animan-
tium infir-
miores
Monachi
sua pu-
sillani-
mitatem.

Plerique istorum sentiunt quidem in se vitia & inordinatas naturæ propensiones; affectumque erga corporis voluptates: sed dum talia in seipsis animadvertunt, mox deserunt & contemnunt, quidquid Deo & Spiritui ipsorum adversum est, propudiatæque sensualitate, cum fide & humili oratione intrò ad Deum præsentem cõfugunt. Sanè dum isthæc concertatio & pugna in eis perseverat, sæpe natura corporea spiritum cum amore & appetentia in Dei cultu famulatuque sequi detrectat: unde & ipsi nullo affectuoso desiderio flagrant, humili corde dicunt Deo: *Domine, immundus sum, & omni consolatione omnibusq; bonis, qua homines boni in te experiuntur, indignus. Quapropter lugendum mihi est, & firma fide ambulandum in conspectu tuo. Itaq; licet pauper & desolatus sim, tamen ne utiquam derelinquam.* Hi Christi milites, tametsi infirmi sint, & corporis tentationibus vexantur, atq; etiam cõsolationem dulcedinemque divinam minime percipiunt, attamen in spiritu pleni sunt fide, devotione, & amore divino, Corporisq; Dominici Sacramentum cum ingenti fructu sumunt.

Infirmiores quidam, dum vitæ Christi & Sanctorum ejus asperitatem laborèmq; attendunt, seque talia non posse, nec ad hujusmodi intus moveri, trahi, aut impelli sentiunt, redduntur pusillanimes, & à Deo se nimium remo-

tos arbitrantur: sed in hoc non satis prudenter faciunt. Neque enim homo bonæ voluntatis vel defectus quosdam minores, vel ob naturæ imbecillitatem, vel quia forinsecus asperiores vivendi modum servare nequit, vel ob inæqualitatem, quam in servitio Dei & virtutum sentit exercitio, remotiorem se à Deo æstimare debet. Nam quamdiu hæc voluntas in ipso perseverat, ut neque pro vita, neque pro morte, neque pro ulla alia re, quidquam adversus præcepta Dei facere cõsentiatur, Deus illi proximus est. Itaque talis colat & amet in aliis quod se minimè sentit habere vel posse. Gratias agat Deo pro gratia aliis præstita, seque coram Domino humiliet. Caritas quippe reddet eum participem omnium bonorum illorum, quæ in aliis diligit. Ita per sanctam gratulationem favendo, minimeque invidendo, bona aliena faciet sua. Licet verò omnes non eundem modum servare, nec eadem via forinsecus ingredi possint; intus tamen omnes incedere debent eadem omnino via, nempe via amoris.

Quamdiu bona se quispiam voluntate sentit præditum, ex nulla re turbari immodicè, nec plus æquo dolere, nec à Deo se remotiorem arbitrari debet. Omnis namque virtus & bona omnia ex voluntate dependent. Proinde si humilitatem, si charitatem, si quaslibet alias virtutes ha-

Bona voluntas
quo cupit
sibi.

Compro-
bationis
aliena
bona cupit
humilitate &
charitate.

4.
Bona voluntas
fructu admiranda.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
TIO.

habere appetis, & id tota volūta-
te vis, facisque quod in te est, haud
dubiè habes eas. Itaque tantum
quisque sanctus est, quantum vo-
luntas ejus ad Deum magna est.

5.
Imagi-
nationes
impurae,
qua via
& ratio-
ne depel-
lenda.

Si contingat immundas i-
magines vel ex aspectu, vel
ex auditu, vel per cogitatio-
nes, vel per dæmonum sugge-
stionem, dormienti aut vigilan-
ti tibi incidere, ita ut ad libidi-
nem & turpes naturæ propensio-
nes ac voluptatem movearis; mox
Crucis signum imprimas cordi
tuo, & ores Deum ut tui miserea-
tur, vel etiam Angelicam Saluta-
tionem dicas, ac Sanctorum pre-
ces opemque implores. Ob oculo
tibi propone, si consenseris,
privatum te iri gloria Dei, & pœ-
nas inferni semper esse luiturum,
à Deo & cunctis amicis atque ele-
ctis ejus æternò separatum. Quod
sanè meritò horrere debes; sicque
certare viriliter, & spem atque fi-
duciam tuam in Domini Salva-
toris morte, gratia & auxilio
collocare: certus quòd is te non
deseret, sed absque dubio victor
evades, semperque gratiæ ac vir-
tutū majora accipies incrementa.

6.
Mentis
inter o-
randum
distractio
& evaga-
tio quo-
modo sta-
tim cor-
rigenda.

Si sub precibus & exercitiis
tuis, extraneæ quædam cogita-
tiones vel imagines tibi incidant,
qualescumque illæ sint, perinde
est: ubi id advertis, & es redditus
tibi, ne turberis inde, sumus enim
instabiles: sed celeriter cum amo-
re ad Deum te convertas. Quam-
vis enim hostis tartareus suas tibi
ostenter merces, nisi eas cum a-

more & voluntatis consensu tibi
comparaveris ac emeris, non ma-
nebunt tibi.

Duplex est bonorum hominū
genus. Quidam enim ita habent,
ut vix aut tenuiter à vitiis impug-
nentur. Alii verò dum sese occa-
siones offerunt, tentantur forinse-
cus, & ad peccata commoventur
in inferioribus viribus; verbi gra-
tiâ, vel ad vanam gloriam, vel
gulam, vel luxuriam, vel alias
quaslibet culpas: intus autem in
viribus supremis peccata hujus-
modi avertantur penitus. Et licet
fortassis ex ipsa natura in super-
biam, vel iram, aut alia vitia pro-
clives sint; nulla tamen ratione
volunt illis præbere consensum.
Hi longè amplius à Deo laudan-
tur probanturque, & virtutes
multò excellentius nobiliusque
possident, quàm illi alii. Virtu-
tum namque perfectio, strenua ac
legitima decertatione compara-
tur. Unde & necessaria nobis ten-
tatio est: *Non enim coronabitur,*
nisi qui legitime certaverit. Planè,
si quis rectè valeret in anima, etiâ
si optio ei daretur, † nequaquam
tamen vitiosis propensionibus,
tentationibusque velle deberet
absolvi.

7.
Duplex
bonorum
hominum
genus,
quidam
in pace,
quidam
in bello
serviunt
Deo.

Gratior
est Deo
qui cer-
tat animi
motus
contra
tentatio-
nes, quàm
qui non
tentatur.

2. Tim.
2.

Omnis Deo serviens familia,
tribus partibus sive ordinibus di-
stinguitur. * Prima pars, homi-
nes sunt bonæ voluntatis, ac vir-
† Laudabiliter: si adsit dissidentia sui, & fiducia in Deum, & amorosum deside-
rium potius ad Dei honorem contra ten-
tationes pugnandi, quàm sine illis in igna-
vo otio vivendi.

8.
Tres ordi-
nes ac
gradus
servorum
Dei.

* Via
purga-
tiva.

DOM-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICAC-
TIO.
* Via
illumi-
natiua.
* Via u-
nitiva.

tutibus dantes operam, vitiisque
semper morientes, & ea superan-
tes. * Altera pars, homines sunt
interni. locupletes, vividi, vir-
tutum omnium perfectionem &
celitudinem prosequentes * Ter-
tia pars, homines sunt sublevati
ac illuminati, semper in amore
morientes, & velut exinanientes,
sive annihilantes sese in unione
cum Deo.

9.
Simplex
& rudis
quid a-
gat, ut
Deo pla-
ceat.

Si sit simplex ac rudis quispiã
& ignarus, qui tamen optet vi-
tam agere Dei gratissimæ volun-
tati consentaneam, is humili cor-
de concupiscat & petat à Deo in-
fundi sibi sapientiæ spiritum,
quo juxta illius potissimum be-
neplacitum suam transigat vi-
tam. Et si quidem poterit scien-
tiam atque sapientiam absque va-
na sui existimatione ac animi elat-
ione circumferre, dabitur illi re-
verà à Deo; sin minus id poterit,
maneant in simplicitate sua, & pro
suo captu serviat innocenter Deo
suo: id enim magis erit in rem
ipsum.

10.
Divina
prædesti-
nationis
clarum
argumen-
tum est
bona vo-
luntas.

Si liberè & citra fictionem vel
simulationem Domino Deo tuo
perenniter servire, illumque lau-
dare & amare planè proponis; si
secundùm gratissimam ejus vo-
luntatem vivere, eumque ex amo-
re eligere statuis: hoc ipsum argu-
mento tibi sit, te ab eodem præ-
destinatum, vocatum, electum &
dilectum esse ex omni æternitate.
Quod ut illi confidere ausis, Cor-
pus & Sanguinem suum in cibum
& potum, cum gustu quodam

omnem naturam tuam penetran-
te, tibi dedit ac dereliquit: & hoc
gustu usque in vitam æternam
pascèris ac reficièris. Vult enim
ipse intrate commorari, ac vita
tua esse: tu proinde illi vivere de-
bes, non tibi ipsi.

Galat.

S. III.

De sui ipsius mortificatione, & Re-
gula sanctæ conversationis cum
proximo.

1. Frenum sensibus injiciendum.
2. Sobrietas in cibo & potu, & aliis.
3. Gula vitium sedulo domandum.
4. Congressus ac mutua colloquia magna discre-
tione regantur.
5. Immortificatio conjicit in damnationis peri-
culum.
6. Extraversio spontanea alienum facit ab illu-
minationibus & inspirationibus divinis.
7. Seipsum querere in oblectationibus & com-
modis naturæ, perniciosissimum est.
8. Placere aliis non affectet, ne displiceas Deo.
9. Hypocritis fugienda, solida pietas affectan-
da.
10. Obedientia nunquam detrectanda.
11. Cum omnibus exerce pacem sine contentione.
12. Privatis affectibus omnino moriendum.

Si sensibus deditus es, & natu-
ræ tuæ propensiones atque ob-
lectamenta sectaris, nullum in ve-
ris virtutibus profectum facere,
nec Deo vivere poteris. Ut igitur
Deo placeas, refrena & custodi
ipsum quinque sensus tuos ac lin-
guam tuam diligenter: non eis
aliter utens, quàm recta ratio per-
mittit.

Caveas in percipiendo cibo,
potu, & quibuslibet rebus corpo-
ri necessariis, ne secundùm carnis
desideria, ac naturæ appetitus &
oblectamenta vivas. Si enim vel
in teipso vel in aliqua creatura de-

In
re
sibi
modi-
tio.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
TIO.

delectationem ac voluptatem ex-
petas & aucuperis, jam vivere
Deo & vitiis emori non potes.
Vitandus sedulo tibi est excessus,
& immoderatus cibi & potusque
usus. Quod si aliquid plus sum-
pseris, ora Deum ut det veniam
immoderationi tuae.

3.
Mortifi-
catio gnu-
la.

Ex gula, diversa ac multiplicia
vitiolorum monstra emergunt, Mo-
riaris obsecro illicitis voluptati-
bus, moriaris mundo, & vivas
Deo. Non te tui corporis cura &
solicitude occupet, sed ejus vi-
ctum necessarium accipe, ita ut à
Deo datur ac provideretur: neque
ibi delectationem vel laetitias
quaeras, sed etiam rudiori cibo
contentus esto, si natura tua id
patitur. Sis discretus ac prudens,
naturaeque tuae attende habitudi-
nem sive complexionem, & qui-
bus habeat opus, quibusque care-
re possit. *Si enim corpori ultra
necessaria plus nimio induleris,
hosti tuo vires addes: si autem vi-
res addes: si minus quam debeas
illi tribueris, mancipium tuum,
quo te Deo servire oportebat, de-
strues.

*Medi-
ocritate
tem in
abstine-
tia coli-
to: ut
nec cor-
pus, ve-
lut ho-
stem, ar-
mes per
inglavi-
em; nec
velut
servum,
enervet
per esu-
riam.
Hec est
necessa-
ria in
gula do-
manda,
discre-
tio.

4.
Discretio
adferen-
da ad co-
gressum ac
mutuum
solloquium

Quando cum aliquo tibi col-
loquendum est, sive ille saecularis
sit, sive Religiosus, sis in verbis ac
moribus prudens, circumspectus,
atque honestè compositus, ne quis
ex te offendiculum capiat: malis-
que vacare silentio & auscultare,
quam loqui. Nisi diligenter cu-
stodias linguam tuam, citò puri-
tas cordis in te laedetur inficie-

turque. In verbis, in factis, in a-
gendo & omittendo, sis justus,
verax, sincerus, ac minimè fi-
ctus, sancteque ambules in con-
spectu DEI tui. Si quando lo-
quendo, * respondendo, au-
do vel videndo senseris, atque
agnoveris terem quampiam cum
delectatione, affectu, vel amore
inordinato, intrò recipere, quae
cordi tuo imagines imprimat,
mediumque aliquod inter te &
Deum efficiat; erubescere inde, &
celeriter simplici que intuitu ad
intuitu ad Deum praesentem in-
trò revertere. Quamdiu in tan-
tum tui potens manseris, ut quo-
ties placet, intrò te possis recipere;
nihil turbari, sed pace bona
gaudere debes. Quod si inordina-
ta voluptate, aut appetitione & a-
more te capi permiseris, eris im-
potens tui, & liberam ad Deum
introversionem amittes.

*In con-
versatione
cum p-
ximo
serva
semper
liberta-
tem in-
ternam
cordis,
& mun-
ditam
consci-
entia,
& lau-
datam
illam in
vita spi-
rituali
intro-
versio-
nem.

Quando alicujus natura ex af-
fectu & cum delectatione pro-
pensa est foras, ad dicendum vel
audiendum quae sensibus plausi-
bilia, commoda jucundaque sunt,
si is internae exercitationis atque
ad Deum introversionis arte novit,
& tamen neglecto hoc Dei do-
no, naturae affectibus indulget,
eisque satisfacit: tum deficit pla-
nè, & in charitate ceterisque vir-
tutibus omnibus frigescit: atque
ita excidit ex gratia Dei, nisi hu-
militer veniam petat, & maturè
resipiscat, seque corrigat. Abje-
ctus verò à Deo, multò deinde pe-
jor efficitur, quam quispiam qui
num-

5.
Ex sui
immorti-
ficatione
& extra-
versione,
quanta
malorum
seges or-
riatur.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS IX-
PLICA-
TIO.

numquam Deum persenserit. Sin-
verò adversus naturæ appetitio-
nes & oblectamenta bellum ges-
serit, haud dubiè palmam feret,
divinaque gratia & amor, atque
affectus, sive appetitio erga Deū,
indies magis ac magis in eo in-
crescent & augmentabuntur.

6.
Nec teme-
re te ex-
traver-
sas, ob-
damna,
Et pericu-
la extra-
versionis.

Si libenter & cum affectu fo-
ras te effundis, si delectat te fabu-
lari, rumasculosque mundanos
percipere, non poteris illustrari
intus, sed indies magis ac magis
obtenebraberis, atque ruidior &
crassior efficieris: & licet boni
quidpiam divinitus senseris aut
perceperis in gratia ac virtutibus,
hoc ipsum amittes, cordeq; mul-
tiplex, vagus atq; instabilis red-
deris, & sub precibus tuis gustu,
strenuitate, diligentia ac devo-
tione destitueris, formisque ac si-
mulacris, & cogitationibus pere-
grinis, aliisque id genus culpis &
vitiis abundabis.

7.
In oble-
tationi-
bus sen-
suum se-
ipsū que-
rere, &
carnem
fovere,
noxium
est.

Qui naturæ oblectationes &
commoda sectantur in videndo,
audiendo, loquendo, conversan-
do pro sensuum desideriis, quæ-
rendo item placere invicem, pro-
vocando mutuam amorem per
munerum largitiones, per verba
& opera, per gestus & nuntios: se-
ctando etiam curiositatem, vani-
tatem & laetitias contra rationē,
& absque justa necessitate in ci-
bo, potu, vestitu, in habitus varia,
peregrina & lasciva, specie, gra-
toque colore, & aliarum rerum
multiplicitate, quibus putre car-
nis suæ cadaver paulò post ver-

mium escam futurum, ornare gē-
stiunt, quò diabolo & mundo
placere queant: hi quamdiu in
huiusmodi vitiis perseverare vo-
lunt, longissimè adhuc à recta sa-
lutis suæ via aberrant.

Si propensum te senseris ad
placendum hominibus, sive ob
naturalem, quam Deus tibi de-
dit, pulchritudinem ac elegantiam
manuum, oculorum, faciei, vel
quorumlibet membrorum corpo-
ris, sive etiam ob scientiam ali-
quam, sive item in conversatio-
ne, in loquendo, in gestibus ac
moribus alios ad tui amorem il-
licientibus, quidquid ejusmodi
in te deprehenderis, contemne, &
odio prosequere. Nam si in his
propensioni tuæ sciens ac pru-
dens cum consensu morem geras,
fundus tuus impurus est & impu-
dicus, tuque gravibus peccatis es
implicitus. Planè, si placere etiam
alicui religioso homini appetis,
idque vel spiritali quadam sancti-
tatis specie, vel verbis subtilibus,
vel benè confitendi arte & modo,
vel humilibus institutis ac mo-
ribus, vel habitu neglecto atque
contempto, aut quibuslibet aliis
spiritalibus modis: si, inquam,
in his tibi ipsi places, & aliis vo-
luntariè placere cupis amplius
quàm Deo, jam fallus ac decep-
tus es: hoc enim spiritalis super-
biæ fundum est, unde gravia pec-
cata emergunt.

Omne cave simulationem &
hypocrisim: nihil omnino fictè
agas, quò videaris ab aliis, aut
sanctus

8.
Difficili-
ter, qui
placet in
minibus
modo sup-
bore.

9.
Subtili-
& ficta
hypocri-

*FARRAGO UT-
LISS. IN-
STIT.
si prae-
sua ca-
venda.*

*Media
curiss-
simi ubi.*

*Occasio-
nes vi-
tanda.*

*Solida &
interna
pietas
imple-
tanda.*

10.
*Integra
obedi-
entia humi-
liter etiam
ad contem-
plativam
atq; illu-
minatam
custodi-
enda.*

sanctus credaris; sed sis verbis & actibus verax coram aeterna veritate caelestis Patris Filio, nullum neque cognoscente neque admittente in regnum suum, nisi simplicem & ab omni furore vel fictione alienum. Etiam si vi-vas in saeculo & opulentus sis, modum tamen ac mediocritatem in vestibus & aliis ad corpus pertinentibus pro tuo statu amplectere, ut nec nimium placeant hominibus, nec plus satis abjecta & contempra sint. Esto ubique bene moratus. Societatem omnem quae te a Deo abstrahere, & ad vitia ac vanitates illicere queat, itidemque peccandi occasiones fuge & devita. Contemne mundum, & quidquid oblectamentorum is tibi praebere possit. Ama ac time Dñm Deum tuum. Sis prudens ac strenuus in cunctis operibus tuis, Deique honorem in illis pure quaeras. Sis paratus & alacris ad bona quaeque. Sis internus, diligens & devotus in exercitiis erga Deum tuum. Quamdiu virtutum actibus pro Dei honore das operam, & a peccatis abstines, tamdiu places Deo, atque in bona conscientia tamquam in ameno paradiso pacatus laetusque commorari potes.

Si tibi in Monasterio degenti, & etiam singularem contemplandi gratiam habenti, demandentur officia, quibus Conventui servire cogaris, in his quae utilia sunt, & sine peccato fieri possunt, non temere aut pertinaciter relucteris, sed in Deo sperans humiliter

amanterque obedi. Et licet, dum te intro recipere aut orare vis, impedimenta atque imagines ex rebus tibi commissis sentias; non tamen ob hoc desistere, nec tua officia resignare, neque te ipsum exonerare debes, sed obedire usque ad mortem Deo ac Praelato tuo: idque in omnibus rebus bonis ac honestis, & communitati utilibus, quamdiu in tui erga Deum

* introversione timorem ac reverentiam retinueris, & in tua introversione te ipsum contempseris ac nihili pependerit, atque ex vera humilitate parvifeceris, quidquid vel agere vel pati potes. Jam enim vitae Domini Salvatoris, Scripturisque divinis ac Patribus sanctis limilior es quam ante, habesque radicem verae contemplationis & actionis, in cunctis virtutibus.

Inter eos, cum quibus vivis, esto pacificus, & sustine patienter aliena onera atque defectus, neque alios curiosè observes. Non sis propriae deditus voluntati; sed cum aliis in omnibus rebus bonis concordiam secteris. Nemini exprobres, aut verbum nimis asperum vel mordax dicas, nec torvo seu amaro sis animo. Neminem spernas, neminem contristes aut premas, aut confundas, aut contumelia afficias, aut temerè judices, nec cuiquam detrahas aut obloquaris. Quin potius omnes (nullo profusus excepto) pure in Deo & propter Deum ama, inideas nemi-

** Intro-
versio &
obedi-
entia in
exter-
nis cu-
randis
non pu-
gnant.*

11.
*Oportet
cum om-
nibus pa-
cem habe-
re, & om-
nes in
Deo ama-
re.*

Z ni,

FARRA-
GO UTI-
LISS. IN-
SIII.

Nihil ul-
eifci.

Non con-
tendere:

Nec sin-
gularita-
ter qua-
rere aut
sectari;
sed omni-
bus bene
velle &
benefa-
cere.

12.

Omni
privato
& singu-
lari amo-
ri; aut af-
fectu
a quem-
cumque re-
gunt. a.

ni, neminem decipias, nec rancorem ullum retineas. Dilige hominem etiam peccatorem, sed ejus peccata odio prosequere. Si inimicos odisti, perditus es, quia extra charitatem vivis. Quidquid à quovis patiaris, feras equanimiter, & neque foris neque iatus, nec verbis nec factis, nec voluntate te ulciscaris: & vivet in te spiritus Domini JESU & omnium Sanctorum ejus, qui etiam hostes suos ad mortem usque complexi sunt. Igitur ei qui te læsit, jucundum & amicabilem vultum exhibe. Sis mitis & benignus, neque pro ulla re facile contendas aut decertes, sed potius vinci ac superari te patiaris: magisque velis virtutem servare incolumem, quam retinere superbiam, contentionem, ac propriam voluntatem. Inter pios confodales positus, non singularis sed communis sis, & moderatè hilaris. Præbe te fidum, favorabilem & paratum, prodesseque coneris singulis quibusque tuam desiderantibus, operam illaque indigentibus. Habe semper piam compassionem, & miserationem erga omnium ærumnas & necessitates, tam spirituales quam corporales.

Esto communis singulis quibusque, non autem speciatim cuiquam te devincias: ita enim fiet, ut nullo immoderato mœrore conturberis si moriatur amicus, aut te contempto vel posthabito, alium eligat. Ut igitur spiritus libertatem & veram inter te &

Deum amoris exercitationem servare, ac tui potens manere possis, dede te totum Deo, nec alicui te obstringas qui te ab illo possit retrahere: aut cui ipse cum amore & delectatione adhæreas, vel qui tibi adhærescat. Nullius, inquam, singularem expetas amicitiam, sed Deo contentus esto. Amore & intentione Deum prosequere supra omnia quæ ab eo condita sunt. Ama eum purè propter eum ad æternam ipsius honorem, non autem præmii causâ, neque ob commodum, aut gustum, aut consolationem: vera enim *charitas non querit quæ sua sunt*. Immensæ Dei bonitati ac pietati confide: nec scire aut perscrutari velis, quid de te Deus acturus sit: sed te totum illi resigna. Nec cuiquam nisi ipsi soli vel vivere vel placere appetas aut coneris. Te ipsum verò & mortales omnes hac intentione ama, ut quibuscumque potes modis eos ad Deum adducas. Elige Christum in gloriosum animæ tuæ sponsum, eumque excruciatum & vulneribus confectum cordi tuo imprime.

§. IV.

Humilitatis laus & exercitatio.

1. Actus Humilitatis semper exercendi.
2. Maximè enim preparant animam influentibus divinis.
3. Eius ergo amore, officia infima libenter amplectere.
4. Consistit autem humilitas in vera agnitione sua indignitatis, & reverentia divina majestatis.
5. Innocentia patientia humilitatis est propria.
6. Descriptio humilitatis ex actibus illius sumpta.
7. Prompta obedientia humilitatis filia optima.

8. Humi-

FARRA- 8. *Humilitas omnium vitiorum victrix glorio-*
 GO URI- *sa.*
 LISS. IN- 9. *Perè humilis erga seipsum est rigidus, erga*
 STIT. *alios benignus.*
 10. *Gaudet rebus adversis, indignum sese judi-*
cat prosperis.

1. **S**is, quæso, parvulus & humili-
Humili-
tas & e-
jus varii
actus. Ne-
mini se
præfert,
 lis, atque inimum submissus
 coram sublimi potentia & mase-
 state Patris æterni. Numquam a-
 licui te præferas, sed omnes te
 meliores arbitrare. Opera vel ex-
 ercitiis tua nequaquam æstimes
 digniora aliorum operibus atque
 exercitiis; sed despice ac nihili
 pendeteipsū & omnes actus tuos.
 Puta alios plus efficere innocenti
 cogitatione, quam ipse efficias
 cunctis exercitiis tuis. In eisdem
 verò tuis exercitiis, & in omnibus
 quæ ex amore sive agis sive omit-
 tis, non dulcedinem, non mercede-
 dem, nec quidquam nisi solum
 Deum petas vel exigas. Si con-
 solationem divinitus percepisti,
 non inde vanè glorieris, nec tibi
 placeas: sed humili & grato ani-
 mo gratiam Dei recipiens, judica
 te indignum omnibus Dei donis.
 Nec in illis quiescas, aut propriã
 voluptatem quæras, non illa tibi
 usurpes vel attribuas, sed ea inte-
 grè in Deum refunde: neq; enim
 aliquid ex teipso habes, nisi vitia
 & peccata. Si Dominus auferret
 à te gratiam suam, esses nimirum
 omnium hominum pessimus atq;
 sceleratissimus. † Sanè ex Dei
 bonitate quæ te à ruina præfer-

Omnibus
se postpo-
nit,

Non qua-
rit se,

Non glo-
riatur de
donis Dei

Gratiam
Dei ag-
noscit in
omnibus.

† Plus Deo debet, & majorem humili-
 tatem præstare debet præservatus & con-
 servatus in innocentia, quam post lapsum
 in gratiam reversus ex penitentia.

vat, & ex virtutibus quas tibi
 confert, præclariorem humiliandi
 te causam invenis (si solerter
 attendere velis) quàm inveniat
 is, qui lapsus veniam atque in-
 dulgentiam à Deo obtinuit. Nam
 & intemerata Dei Genitrix Vir-
 go Maria, cùm ab omni peccato
 sit præservata, majorem humili-
 tatis rationem habet, quàm beata
 Maria Madgalena, quæ divina
 bonitate à peccatis fuit liberata.
 Majus enim beneficium est ali-
 quem à vulneribus servare illæ-
 sum, quàm eum post inflicta vul-
 nera curare.

Sole summum cæli verticem
 obtinente, si qua vallis profunda
 sit, ipsa à sole eximè illustratur
 & ferax redditur. Eadem ratio-
 ne, dum vir bonus in imo suæ re-
 sideret parvitas, agnoscitque se
 nec esse, nec habere, nec posse
 quidquam suis viribus, nec etiam
 perseverare, nec progredi in vir-
 tutibus, sæpiusque in virtutibus
 ac bonis operibus sese deficere &
 multa negligere sentit: intelligens
 hinc paupertatem & necessitatem
 seu indigentiam suam, vallè se efficit
 humilitatis. Et quia humilis est,
 & suam inopiam agnoscit, atque
 hanc divinæ bonitati & miseri-
 cordiæ pia cum querimonia ex-
 plicat ostenditque, interim &
 divinam celsitudinem & suam at-
 tendens parvitatem, nimirum
 vallis profunda est. Christus ve-
 rò Sol justitiæ in supremo cæli
 vertice, hoc est, ad Patris sui dex-

2.
Humili-
tas ani-
mam Deo
preparat,
& divi-
nu splen-
doribus
per com-
paratio-
nem val-
lis & so-
læ.

FARRA-
GO UTI-
LISS. IN-
SIT.

teram constitutus, in huiusmodi humilis cordis fundum suos mittit radios atque splendorem, quibus illud fertile admodum reddit. Neque enim potest Dominus Jesus non moveri misericordiam, quoties cum humilitate pro ipsi offerimus querimonias ac preces.

3.
Officia
infima
& con-
tempribilia
libenter
suscipit,
ex-
emplo
Christi.

Infima & abjectissima servitia vel officia libenter exequaris, amore Jesu Christi, qui se humiliavit, & formam servi induit propter te, tibi que triginta tribus annis inservivit. Si Imperatoris filius & totius orbis dominus esses, atque derelicta regni gloria ad pauperis famuli conditionem te abjiceres, serviens Christo in membris suis; tunc merito gaude- res; tamquam cui ingens bonum & grandis honor obtigisset.

4.
Humili-
tatu est,
suum ni-
hil agnos-
cere, &
Dei ma-
gestatem
venera-
ri.

Homo verè humilis propriam indignitatem ac vilitatem, suamque nihilum (id est, quòd nihil sit) funditus agnoscit: ut videlicet peccatis suis indignum se fecerit omni gratia & beneficiis Dei, dignum verò atque obnoxium cunctis illis poenis, pressuris & afflictionibus, quæ possent illi à Deo & creaturis omnibus infligi. Quidquid charismatum & bonorum, quidquid gratiæ divinitus adeptus est, se nulla ex parte meruisse consistetur. Itaque & seipsum & omnia Deo omnipotenti ad illius offert honorem, utpote quæ purè ex eius benignissima misericordia promanarunt. Nec ex aliquo Dei dono vel gratia effertur animo, sive sit

Humili-
tatu
omnia
sua Deo

scientia, sive sapientia, fortitudo, pulchritudo, divitiæ, aut quidvis aliud: sed se omnibus Dei donis credit indignum, eaque non nisi ex mera Dei bonitate sibi collata existimat. Ad hæc omni loco, quem vel sedendo, vel stando, vel jacendo occupat, etiam indignum se fatetur. Nihil enim omnino sibi tribuit, nisi quod ex seipso habet, nempe peccata, & multiplices culpas atque defectus suos. Et licet multum se abjiciat ac humiliet, nihil tamen aut parum sibi fecisse videtur. Sive ergo comedat, sive bibat, sive quidvis aliud agat, locum vilissimum in domo, novissimumque in mensa, & minimam cibi & potus portionem capit atque amplectitur. Breviter in omnibus quæ ipsi necessaria sunt, abjectissimam portionem sibi optat cedere: quodque vel aliis mansit reliquum, vel ab aliis factiditur, ipse lætus suscipit, nec ei nimis parum videtur: imò verò illo ipso se indignum iudicat, & nec meruisse, nec mereri illud à Deo se posse, sentit ex animo. In omnibus absque querimonia, murmure & impatientia vivit. Novit enim de manibus Dei suscipere omnia, sicque de nulla creatura queritur, quantumvis indignè aut iniuriòse ab aliis tractetur. Etiam si alii eum perturbarent, expellerent, cæderent, confoderent, & ipsa demum morte afficerent, numquam crederet se affectum iniuria, nec quidquam inde, vel de qualibet alia

accepta
refert.

Præter
indoles
humili-
tatu, &
minata
ac abje-
ctanda
præter
vire in
militia

FARRA-
GO URI-
LISS. IN-
STIT.

alia re cuiquam imputaret, atque
ita etiam mortem ipsam benignè
exciperet. Cuncta namque (ut
dictum est) de manibus Domini
accipit , certus sibi & optima &
utilissima esse , quæcumque illo
permittente ipsi evenerint. Nihil
enim cuiquam præstat Deus, nisi
quod ei sit optimum : quod ita
certum est, sicut certum est Deum
vivere.

5.
Pati-
entia vir-
tutis hu-
mili-
tatis pe-
culiaris.

Submissa humilitas, est supra
omnem perpeffionem innocens
patientia, & ultra omnem affli-
ctionem pax spiritus, & omnium
adversorum mitis ac mansueta
tolerantia. Ipsa nimirum Sancto-
rum omnium simplicitas est, &
cunctorum bonorum hominum
constantia atque stabilitas, virtu-
tumque omnium primum ini-
tium.

6.
Humili-
tatis de-
finitio ex
varis a-
ctibus ac
desideriis
humiliu.

Humilitas vera, est interna
quædam & profunda cordis at-
que animi coram cellissima Dei
majestate inclinatio ac demissio.
Verè humilis semper sese dejicit
& aspernatur, semper submissio-
nis abiectionisque amore tene-
tur. Et quia se per sui cognitio-
nem ex animo contemnit, vult
etiam haud dubiè ab aliis con-
temni ac vilipendi: nam nisi id
velit, necdum reverà se despicit,
necdum verè humilis est, ut qui
necdum abiectionem & contem-
ptum sui amet. Itaque verus hu-
milis, cum per sui cognitionem
sefe nullo habeat in pretio, sed
poriùs floccipendat: etiam dig-
nus sibi ac bene meritis videtur,

quem & mortales omnes despi-
ciant. Sicut enim superbus maxi-
mè lætatur, quando præcipuus ei
habetur honor: ita qui ex fundo
humilis est, ibi potissimum gau-
det, ubi maximè deprimitur &
contemptui habetur: in hoc enim
spiritalis gustus & amor præci-
puè abundat,

Verè humilis, Deo, & cunctis
apud quos vivit, libenter obedit,
quatenus in hoc pacem, virtutem,
que & suæ proprietatis mortifi-
cationem cōsistere advertit. Mox
ubi aliquid ei injungitur, prom-
ptus atque paratus est omnibus:
& quod agit, non ad placendum
hominibus, sed pro sola Dei glo-
ria facit. Quidquid ei præcipitur,
totum de manu Domini suscipit
reverenter: unde & si fortassis ex
se melius aliquod opus inchoa-
set, citra tamen difficultatem ip-
sum intermittit, dum ei aliud im-
peratur. Plus enim ei obedien-
tia in opere parvo, quàm propria
voluntas in magno, sapit. Nihil
itaque, quamlibet magnum, cum
inordinata proprietate agit aut
possidet: cum semper illud (Deo
& hominibus aliud exigentibus)
hilariter dimittere sit paratus. Et
profectò vel minimum aliquod
opus ex obedientia & resignata
voluntate factum, qualecumque
illud fuerit, multò melius Deo-
que acceptius est, alio quamlibet
magno opere sine obedientia se-
cundum propriam voluntatem
peracto. Gratiior enim Deo obe-
dientia est, quàm victimæ. Dum

7.
Obedien-
tia & re-
signatio,
silia hu-
milita-
tis.Humilis
obedien-
tia meri-
tum.

Z 3

ergo

FARRA-
GO UTI-
LISS. IN
SYIT.
I. Reg.
15.

Disceat
homo hu-
mitem
obedi-
entiam ex
cruce Je-
su Chri-
sti.
Phil. 2.

ergo humilis homo Jesu Christi fidelissimi amatoris sui obedientiam perpendit, attendens ut ille Rex regum, & Dominus dominantium, ad mortem usque crucis obediens ac resignatus fuerit, alacriter inclinatur se non tantum sub Deo & Superioribus suis, verum etiam sub cunctis hominibus, qui quantum inferiores sunt, tanto sub eis subjectio amplius sapit. Talis nimirum propriam voluntatem, propriumque judicium & sensum in omnibus (quando in hoc virtutem intelligit sitam esse) mortificat & abjicit.

8.

De omni-
bus vitiis
tentatio-
nibusq;
triumphat
humili-
tas.

Sola humilitas apta est cuncta hostium certamina dissipare, & omnia in suos usus inflectere. Si enim humilis quispiam adversa labore valetudine, agit gratias Deo, & de ejus manibus id accipit. Si sit incolumis, etiam gratias agit Deo, & tanto studiosius divinum exequitur cultum ac famulatum. Si contemnatur, eadem Deo gratias agit, cogitans id eum permittere, ne se extollat; multoque majore se contemptu dignum esse, quam ab aliquibus possit affici. Si honor ei habeatur, dolet, & indignum se sentit, tantoque amplius se contemnit: vel putat ob suam infirmitatem id Deum permittere, ne plus æquo diffidat.

9.

Humilis,
sibi seve-
rus, alius
benignus
& indul-
gens.

Verè humilis erga seipsum astutus & callidus est; ut ea bona quæ habet, tegat & extenuet, ac culpas suas, etiam leves, magnipendat & prodatur, quantum in ip-

so est; erga proximos verò benignus & pius est, ut eorum etiam exiguas virtutes magnipendat, & majores culpas extenuet, puta vel intentione, vel infirmitate eos excusando, aut asserendo quòd Deus permiserit salutis eorū causā, quòdque ipsæ culpæ magnis eis adjumento quandoque erunt ad seipsos humiliandos, & ad studiosius ferventiusque Deo servendum: vel etiam persuadendo sibi multò gravius se fuisse casurum, si tam acriter esset impugnatus: gratiasque agendo Deo, quòd se à tam infesta tentatione servaverit.

Verus * humilis semper agnoscit se miserum peccatorem esse, seque nihil habere, nihil posse, & nihil velle boni, absque auxilio & gratiā Dei. Unde & intus cum Publicano clamat: *Deus propitiuss esto mihi peccatori.* Non vult humilis videri, sed vilis: in rebus prosperis ingemiscit, lætatur in adversis: rerum affluentiam affligitur, plorat in deliciis: cruciatur sublimitate, gaudet penuriā: laudes contemnit temporarias, omnino honore se indignum arbitratur: fugit simulationem, amat veritatem: rerum transitoriarum obliviscitur, æterna concupiscit. Nō solet jactare sese, aut de se præsumere. Gratiam & vires quas habet, non sibi adscribit, sed fatetur humiliter dona cuncta ex Dei benignitate proficisci. Semper latere & nesciri appetit, modò id posset absque proximorum detri-

men-

10.

Lætat
in tribu-
lationi-
bus; in
dignum
se julii
cas esse
latius.
Luc. 4.
* Verus
& pius
humili-
tatis se-
ctor
disceat
hic va-
rios
ctus ex
corde
humili
proce-
dentes

FARRA-
GO UTE-
L. 155. IN-
STIT.

mento fieri, ne vel tenui jactantiae aut superbiae labe aspergatur. Refrenat sensus suos. Continens est ac circumspectus in verbis. Omnes homines sinceram & communi quadam dilectione complectitur. Denique, cum fundamentum verae humilitatis habeat, cuncta ad vitam recte, sancteque instituendam necessaria, facile cum gratia Dei invenit ac servat.

§. V.

De consolationibus & desolationibus internis.

1. Interna derelictio de manu Dei gratanter est acceptanda.
2. In statu desolationis nullum aliud solatium querendum, quam conformitas cum beneplacito Dei.
3. Dulcedo datur inchoantibus, subtrahitur proficientibus.
4. Vera siquidem devotio non est in illa dulcedine, sed in sancta resignatione.
5. Quantum posse propriae voluntatis abnegatio in ariditate interna.
6. Petenda potius est conformitas cum voluntate Dei, quam interna dulcedo.
7. Resignatio propriae voluntatis gratissimum Deo sacrificium est.
8. Sola reddit hominem divini amoris securum.

I. Ariditas spiritua-
lis pro
Dei amo-
re tole-
randa
cum resi-
gnatione
animi.

Si quando sentias naturae torporem, maestitiam, & grave pondus, teque gustu, apperitione, & impulsu erga res spirituales destitutum, itemque miserum, inopem, desolatum, atque sine ulla consolatione relictum esse a Deo, & quodam erga quavis tam externa quam interna exercitia tædio laborare: nihil hinc animo consternaris, sed Domini manibus te permittens ac resignans, illius ores fieri voluntatem, & quod

ad ejus sit honorem. Crede mihi, hæc atra ac tristis nubes prope diem dissipabitur, & lux splendorque radiantis solis (qui est Dominus noster Jesus Christus) majori cum gratia & consolatione te perfundet atque illustrabit quam umquam antea, atque hoc ipso senties te diligi a Deo, teque illi placere.

a Quando nobis Deus præsentiæ suæ consolationem subtrahit, adeoque se a nobis elongat, ac si inter ipsum & nos densissimus murus interpositus sit; quando item nos in angustiis, afflictionibus ac miseriis nostris veluti relinquit (sicut Christus a Patre suo relictus fuit) & perinde quasi nos confugientes ad se neque videre neque audire veller, solos certare sinitur: tum in ipsa nostra desolatione immobiles permanere, & in nulla mortali creatura vel negotio solatium quaerere debemus, nisi illo dumtaxat verbo, quod & Christus ipse dixit, *Fiat voluntas tua*. Hoc verbum & jucundissimum & Deo gratissimum est. Beatus qui illud ex animo tunc dicere potest.

2. Nō quarantur tunc humana solatia, sed conformitas dumtaxat cō Christo crucifixo, & Dei voluntate. Psal. 21. Marc. 15

Mat. 26i

Sæpè Deus saporem ac dulcedinem spiritualementem pro sua pietate largiri solet, ut hominem ad altiora provocet, & in vitæ contineat integritate. Dum verò is, cui illa conferre solebat, in vera dilectione proficit, illam dulcedinis instillationem subtrahit.

3. Consolatio datur inchoantibus, ut animosè pergant.

a Hæc & affinia ex aliis juvabit Lectorem legisse apud R. P. Ieremiam Drexelium Heliotropii lib. 5. cap. 12. §. 3.



FARRA-
GO UTI-
LISS. IN-
STIT.

4.
Vera de-
votio in
quo con-
sistat.

5.
In deso-
lacioni-
bus abne-
gatio pro-
pria vo-
luntatis
quantum
possit.

6.
Confor-
mitas cum
Deo em-
ni dulce-
dini in-
terne
preponi-
tur.

Verissima devotio sita est in ve-
rissima resignatione, abnegatio-
ne, nihilipensione, & annihilati-
one sui ipsius. Hanc habet, qui si-
quis divina fretus ope, Deo sem-
per inhæret per amorem, idque
perinde in penuria, ut in abun-
dantia; in mœrore, ut in gaudio.
Itaque qui in quibuscumque e-
ventibus integra cum pace Deo
unitus permanet, is quid sit vera
& interna vita, veraque devotio,
perspectum habet.

Si quis magnopere cuperet di-
vinam intra se consolationem,
Deique præsentiam instar aliorum
piorum hominum sentire, Deus
autem hoc illi negaret, & ille hac
in parte se totum pro Dei gloriâ,
divino beneplacito resignaret:
multò veriùs ei hoc ipsum præ-
staretur, quàm si sensibiliter idè
percepisset. In propriæ siquidem
voluntatis abnegatione centuplo
plus gratiæ ac præmii est, quàm
in ipsa sensibili consolatione, in
qua proprietates retinetur.

Qui veræ perfectionis amans
est, nõ à Deo solatium internum,
non hoc aut illud præcipuè po-
stulare, sed ejus gratissimam vo-
luntatem votis omnibus expete-
re debet. Licet enim illa alia peti
possint in gratia, immoderatiùs
tamen ea appetere, imperfectio
est. Planè super omnia Deus à
nobis exigit, ut nostram volunta-
tem illi penitus offerentes per-
mittamus ipsum facere quicquid
volet. Et per hoc vera pace in om-
nibus gaudemus.

Multò acceptius Deo est, ut
cum Apostolo ex animo dicamus:
Domine, quid me vis facere? quàm
si mira quædam ex voluntate
propria pro illius amore nos li-
benter facere velle dicamus: su-
per omnia namque quæ vel di-
cere vel facere possemus, hoc à
nobis maximè exposcit Deus, ut
intus in corde dicamus: Domine,
fiat gratissima voluntas tua. Inter
omnes preces quas Christus in
hoc mundo fudit, illa summa &
excellentissima fuit, quam immi-
nente passione fecit, dicens: *Pa-
ter, non mea, sed tua voluntas fiat.*
Per illam voluntatis ipsius, se-
cundum humanitatem, resigna-
tionem, nos omnes (si tamen ve-
limus) salvi facti sumus. Jucun-
dum quidem est, dum pro gratia
& virtutibus oramus, obtinere à
Deo quod petimus: multò tamen
delectabilius atque utilius est, po-
tissimo Dei beneplacito se resi-
gnare.

Non est aliquid quod homi-
nem securum aut verè justum red-
dere queat, donec propriæ renun-
tiet voluntati: quod quamdiu
non facit, nihil profectò apud
Deum (quod quidem ad perfe-
ctionem attinet) profecisse se nove-
rit, tamen si hoc aut illud etiam cum
gratia eligere possit, modò Deus
omnibus anteponatur. Ubi au-

a Ab hoc loco usque ad §. VI. num. 3. hæc
Blosiana documenta resignationis volunta-
tis nostræ in divinam adifert & exornat R. P.
Ieremias Drexelius Heliotropi lib. 5. cap.
12. §. 2.

tem

FARRA- tem ad hoc pervenerit, ut seipsum
 COUTI- ex toto resignans & offerens Deo,
 LISS. IN- omnia propter ipsum intus ac fo-
 XIIII. ris pati aut subire paratus sit; tunc
 reverà cum ipso bene agitur, &
 non antè.

S. VI.

Excellentia resignationis & conformitatis voluntatis nostra cum divina.

1. Perfectio vita in hoc consistit, ut velimus id omne & solum quod vult Deus.
2. Unde minima opera resignati magis placent Deo, quàm maxima à voluntate propria profecta.
3. Summa lex Evangelica, seipsum deservare, & Christum sequi.
4. Pati pro Deo dulcissimum est.
5. Iustitiam Dei non aliter ac ejus misericordiam diligere, perfectiorum est virtus. De qua re videnda est meditatio S. Bernardi Serm. 52. inter parvos Sermones.

BONA voluntas virtutum omnium fundum sive fundamentum est. Unius autem esse cum Deo voluntatis, id virtutes omnes excellit, & in hoc perfectio est. Quisquis enim ita bona præditus est voluntate, ut sese abneget, ac propriæ renuntiet voluntati, sedque liberrimè resignet ac dedat voluntati Dei; ejus bona voluntas est perfecta, idemque absque formidine & anxia sui cura vitam transigit, caducaque ac labentia cuncta proculcavit, & de vita æterna obtinenda quamdam se sentit habere certitudinem. Eiusdem in omnibus cum Deo voluntatis est, & pacem habet cum Deo & in Deo imperturbabilem. Hic ex Deo natus & verus Christi discipulus est: quia mitis est & hu-

milis corde. Moderatè, suaviter ac tranquillè ferre novit & verba aspera, & truces gestus, sæva opera, & quidquid demum injuriæ, sive in ipsum sive in amicos ejus conferri possit. Sedatè inquam & æquanimitè tolerat omnia quæ ipsi undecumque, sive à Deo, sive à creaturis quibuscumque accidere queant. Eum perturbare nihil potest, neque jactura terrenarum rerum, vel amicorum & cognatorum, neque corporis adversa valetudo, neque ignominia, neque mors, neque vita, neque Purgatorium, neque dæmon, neque infernus. Quia enim ex vero ex amore divinæ se permisit atque resignavit voluntati, & nullius mortiferi peccati conscientia mordetur, facile illi toleratum est, quidquid de eo fieri mandat Deus in a tempore atque æternitate. Itaque cum aliquid patitur, & in omni rerum eventu, ita cogitat ac dicit: *Domine, sicut ipse ab æternitate, antequam ego essem, voluisti, ita fiat, & non ut ego volo. Non meum commodum, non meam oblectationem querere debeo, sed tuum honorem & tuam laudem. Gravior mihi est tua sancta voluntas, quam optandi libertas. En igitur me ipsum dedo, resigno, & permitto tibi Deus meus, non in tempore modo, sed etiam in ævum sempiternum.*

^a Resignatio & conformitas voluntatis nostræ cum divina non tantum est habenda pro rebus temporaneis in hac vita, sed etiã pro æternis in altera, salva semper Dei gratia in statu charitatis.

Aa

2. Plu-

FARRA-
SO UTI-
LISS. IN-
STIT.

2.
Opus mi-
nimum
resignati
animi
præstat
maxime
ex pro-
pria vo-
luntate
perfecto.

3.
Evan-
gelica legu-
compen-
dium, ab-
negare
seipsum,
& Chri-
stum se-
qui.

Plurimi sunt qui hunc aut il-
lum vivendi modum, hæc aut illa
bona appetant : sed plerumque
totum quod agunt , ex propria
voluntate procedit. Qui autem
integra resignatione omnem vo-
luntatem suam in Deum trans-
fudit, atque in ipso firmavit , is
omnia quæ illi Deus in tempore
vel æternitate evenire voluerit, li-
bens suscipit, suamque volunta-
tem divino beneplacito in om-
nibus corformat, *a* Itaque nihil
equidem dicere dubitem, vel uni-
cam Salvationem Angelicam,
cum sui ipsius abnegatione , ad
perpetuam gloriam Dei prolatâ,
meliorem vilioremq; esse etiam
multis Psalteriis ex propria vo-
luntate seu cum proprietate per-
lectis.

Dominus noster Jesus Christus
id doctrina & consiliis suis in no-
bis efficere voluit, ut neque pro-
spera, neque adversa, nos inordi-
natè afficiant aut permoveant,
sed ab his absoluti & expediti vi-
tam internam ; puram atque fe-
datam agamus. Sicut enim cun-
ctâ Dei mandata eò spectant , ut
vitiis omnibus vale faciamus, ea-
que superemus, & ex vera obedi-
entia ob honorem Dei nostotos
ad exequendas colendasque vir-
tutes liberè offeramus ; ita omniũ
consiliorum Dei summa hæc est,
ut nos ipsos deseramus ac vinca-
mus, totosque Deo dedamus, &
Christum sequamur, internæ san-
ctæque tranquillitati & quieti o-
peram dando.

Non potest fieri, ut aliquis pro
Dei gloria quidquam sultineat,
quin in eo ipso quod patitur, sa-
porem quemdam Divinitatis per-
cipiat. Et licet nihil fortassis illi
sentire, id est, sensibilibiter gustare
contingat (Deo se ad tempus oc-
cultante ;) hoc ipso tamen non
potest non bene illi quod patitur
sapere, quod se illud ad æternam
Dei gloriam ferre velle cognos-
cit. Sed obsecro, cur hæc dicun-
tur, nisi ut hi qui in afflictione
sive mentis obnubilatione positi
sunt, illis uti contentur?

Si quis eò pertingere posset, ut
Dei erga se iustitiam parinde ut
misericordiam exoscularetur ac
diligere, is reverà peccatorum
suorum omnium atque etiam pœ-
narum illis debitarum tam facile
plenam obtineret veniam, b quàm
facile una aquæ guttula iu arden-
ti fornace consumitur. Nec in hoc
grandis situs est labor, sed potiùs
gaudium ingens : multò enim ju-
cundius est divinæ se permittere
vel resignare iustitiæ, quàm mise-
ricordiæ, eò quod major in illo
sita sit mortificatio.

a Sic ferè Isaias cap. 1. sacrificium vocat
abominationem; & cap. 58. dicit Deus, je-
junia Iudæorum sibi displicere, quia, *Ecce
in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra.*
Est enim voluntas nostra, honorum operum
lepra, teste B. Bernardo, quem vide Serm. 3.
de Resurrect. & 71. in Cantica.

b Nempe ob excellentem actum perfe-
ctissimæ charitatis, e qua tam heroica resi-
gnatio oritur, & interdum sufficiens esse
potest ad tollendũ reatum pœnæ; vt passim
docent Theologi: Estque talis actus in viro
perfecto consolatione plenissimus.

S. VII.

De introversione, & simplici intentione & Dei presentia.

1. Quomodo acquiratur stabilitas mentis.
2. Introverso ad Deum servanda in omni opere; & tunc exintroverso ad opera pia non nocet.
3. Simplex intentio quantum exornet omnia opera nostra.
4. Meditatio continua vite Christi.
5. Sacerdotum bonorum excellentia.
6. Te tuaq; omnia Deo donans, plura ab eo accipies.
7. Christus ubiq; circumferendus.
8. Celestis vite perfectiorum, qui seipsos abnegant in omnibus.

1. **Q**VI ad solitudinem, unitatem, stabilitatem tranquillitatemque cordis & mentis pervenire vult, cum primis ei danda opera est, ne superfluis inordinatisque curis se implicet, neve aliorum mores aut vivendi rationem curiosè exploret, nec facta aliorum judicet, etiam si quidpiam vitii in aliis sibi deprehendere videatur, sed potius excusare & in melius interpretari conetur, relinquens omnia Deo judicanda. Maximè verò & super omnia caveat, ne alios per dedignationem asperneretur.

2. **Q**ui novit habitationem suam & refugium facere in Deo ac Domino nostro Jesu Christo, huic cogitationes incidentes aut peregrinæ imagines officere non possunt. Sanè, qui per charitatis officia & opera foras ad proximos ita se recipit, ut tamen per simplicem intentionem servet sui introversionem & unitatem in Deo, longè excellentior, & Domino

Jesu vicinior similitiorque est, quàm ille, qui soli contemplationi & introversioni vacat absque sui exintroversione per charitatis actiones, si tamen sui juris sit, & proximus indigeat ejus opera.

* Simplex intentio ea est, quæ nihil spectat nisi Deum, & omnia in ordine ad Deum. Ipsa virtutum omnium finis, initium, decus & ornamentum est. Ipsa fictionem, hypocrisim & duplici-tatem omnem pellit: vires animæ dispersas in unitate spiritus colligit & adunat, ipsumque spiritum Deo adjungit. Ipsa naturam pessum premit atque proculcat, virtutesque omnes incolu-mnes conservat; & pacem, spem atque confidentiam in Deum tam hic quàm in die judicii præstat. Quamobrem danda tibi opera est, ut in cunctis actionibus tuis illam retineas & colas.

Recipe te intra te, & Christi dignissimam vitam, acerbissimos cruciatus, ignominiosissimamque mortem meditare, atque quantum maximè potes cordi tuo imprime. Non solùm attendas quid egerit ac perpeffus sit, sed etiam quis & quantus sit ipse, & quòd omnia propter te tam exiguum ex immensa fidelitate atque charitate fecerit ac tolerarit. Contemplare, quæso, cum affectu, Vulnera quæ Dominus Jesus pro te ex amore suscepit: atque hic pascèris & reficieris. Christus enim & cibus & potus, & vita, & victoria, & corona tua est; suo te

3. Intentio simplex, quid, & quanti meriti.

* Intee septem emolumenta recta, pura & simplicis intentionis, ex variis Aucto-ribus collecta hoc adfert quartū ex Blo-fio R.P. Jeremi-as Drexelius lib. 2. Amulhis cap. 6. quæstion-uncula

4. Vita Christi meditatio, in vita spiritali utilissima.

ARRA-
GO UTI-
LISS. EN-
SIT.

mercatus est Sanguine, & dissol-
vit debitum tuum morte sua, la-
teque expandit brachia sua, in
quæ tu confugere debes, & ipse à
cunctis hostibus te muniet ac tue-
bitur. In patulo latere ejus, unde
omnes gratiarum promanant ri-
vi, commorare: ut in amantissi-
mo corde illius vivas, in quo est
sancti Spiritus & æternæ charita-
tis plenitudo. Obsecro, libenter
te exerce in passione Salvatoris,
& ipse omnem te edocebit veri-
tatem.

5.
Sacerdo-
s seboni
descri-
buntur,
& lau-
dantur.

Boni Sacerdotes, sancta sunt
vasa cælestibus repleta donis. Hi
Dominum Jesum suis impressum
atque insculptum cordibus ge-
runt; ejus passionem, mortem, fi-
delitatem & amorem in sua me-
moria exercent. Medii interce-
dunt in Deum ac miseros pecca-
tores. Sunt benigni, humani, &
mites erga omnes opis ipsorum
indigos: sunt item casti ac muni-
di in anima & corpore: sobrii
quoque sunt ac moderati in om-
nibus vitæ sustentandæ necessa-
riis. Jesum ex cruciatum & exa-
more mortuum, cælesti ejus Patri
cunctis vivis & defunctis offe-
runt. Intima cum devotione pre-
cantur & poscunt omnipotentem
Deum pro omni sanctæ Ecclesiæ
utilitate ac necessitate. Nihil pla-
cere speciatim appetunt, alicujus
rei temporariæ aut solatii obti-
nendi causa; sed in commune ho-
norem Dei & mortalium omniū
salutem desiderant.

Da Christo dilecto tuo totum
id quod es, quod habes, & quod
potes; atque hoc facito corde libe-
ro ac liberali: sic enim ille vicif-
sim tibi dabit quid quid est, habet
& potest: qua die nulla umquã ti-
bi illuxit lætior. Nam patefaciet
tibi gloriosum atque amantissi-
mum cor suum, patefaciet intima
animæ suæ penetralia plena glo-
riæ, gratiæ, gaudii, ac fidelitatis.
Patulum lateris ejus vulnus por-
ta tibi erit & introitus in vitalem
(qui ipse est) paradysum: ubi fru-
ctum gustabis vitæ æternæ. Nam
Christus Jesus vitalis noster pa-
radysus est: quando quidem in ip-
so & ex ipso sempiternæ salutis
fons emanat, atq; ex ejus Vulne-
ribus balsamum fluit, morborū
omnium medicina: cujus tam
fortis odor est, ut omnes tartareos
repellat serpentes, excitet mor-
tuos in peccatis, & gratiam vi-
tamque præstet sempiternam. Ce-
terum in intimis Domini JESU
medullis manant flumina, omni
(qui quidem excogitari possit)
sapore ac suavitate dulciora: in
quæ si tibi datum erit ingredi, ea-
que gustare ac sentire, nullo ne-
gotio mundum, te ipsum, & om-
nia vinces.

Sicut dum quis acriter sitit, li-
cèt sub ipsa siti alia agat & cogi-
tet, potus tamen imago ab ejus
memoria non recedit quamdiu
sitis permanet: ita qui magno Dei
& Domini nostri Jesu Christi de-
siderio tenetur, facile præsentia
ejus imaginem in omnibus intra

se

6.
Redde
Deo ut
suaguo
nia, &
torum
vuln-
bus
siti

S.
Videtur
Christo
ingitit
du ante
rua
ac si
per
adesit

FARRA-
GO UTI-
LISS-
IN-
STII-

se circumfert. Nam & qui aliquid in tantum amat, ut nihil eum aliud afficiat, nulla occupatione impeditur, quod minus ejus rei tam charæ speciem & similitudinem præsentem retinere possit. Ubi enim amor, ibi oculus & cogitatio. Frequenter occurrit animo necesse est, quod quis diligit, quodque potissimum colere & exercere solè, & quod in ejus pectore vivit.

8. Qui seipfos ex amore abnegant, & vitiis moriuntur, qui Deo ac virtutibus vivunt, qui mundum contemnunt eique valefaciunt, qui omni amori terreno nuntium remittunt, & Deum ac Dominum suum in illius regnum cum amore subsequuntur, hi vitam agunt cælestem, & plerique taliû crebrò in Deum excedunt ac rapiuntur. Christus enim in eis excellentissimo modo vivit Deus

* Qui seipfos abnegant, sunt velut tabulæ rursu ac nudatæ terrenis imaginibus, ad excipiendâ imaginem vitæ & mortis IESV Christi. Joan. 10

& homo; * sicque fit ut imaginibus præditi, & etiam imaginum experies sint: præditi siquidem sive depicti sunt imaginibus vitæ ac passionis Domini Jesu, virtutumque omnium; in spiritu autem suo à rerum omnium simulacris prorsus liberi & nudi sunt, atque ob hoc ipsum in divinam sunt transformati claritatem. Sicque & egredi & ingredi possunt, & vitalia semper invenire pascua. † Egregiuntur quidem hu-

† Mystica Theologia studiosus extroversus ad opera pietatis, vel introversus ad excessum & raptum mentis, seu imaginibus utatur, seu nò utatur, seu occupetur in imitatione humanitatis Christi, seu in intima aut etiam extatica contemplatione Divi-

nitatis absorbeat, semper vitalibus pascuis ex Dei præsentia fruatur, cum inenarrabili consolatione.

manitatis Christi imaginibus depicti, ad bonos mores, ad exercitia sancta, ad colendas virtutes omnes: ingrediuntur verò cum ejusdem Domini Jesu spiritu, absque imaginibus, in Divinitatem; atque inibi æternam reperiunt & possident veritatem, opes infinitas ac inexhaustas, gustumque & consolationem longè majorem quàm vel comprehendere vel capere sufficiant. Nam hic gustus tam ingens ac immensus est, ut illis qui eum percipiunt, cælum, terra, & quæcumque in eis sunt, præ illius magnitudine, colliquescere, & in nihilum redigi posse videantur. Ita nimirum illi quadam futuræ beatitudinis prælibatione donantur à Deo.

§. VIII.

De Beatitudine & Gloria cælesti, miseriâq; infernali

1. Visio Dei est in beatitudine præmium essenziale, præmium accidentale multiplex.
2. Aetas ac doctores corporum resurgentium.
3. Status hujus mundi elementaris renovandus post resurrectionem.
4. Omnium sensuum jucunditas in beatitudine cælesti.
5. Miserissima damnatorum conditio.

BEATITUDO nostra in eo sita est, **B**ut post hoc exilium in gloriosum Dei regnum translati & assumpti, Deum clarè cognoscamus, amemus, ac æterna fruitio- ne possideamus. Etenim Deus præmium essenziale est: quod ubi nacti

1. In beatitudine Dei visio unicuique præmium est essenziale; ac accidentalia multa supra.

SARRA-
GOUTI-
LISS. IN.
STIT.

nacti erimus, tum omnia summo ac excellentissimo modo perfecta & consummata erunt. Tunc namque gloriosissimam Trinitatem unum Deum æternum videbimus, & intima cum appetentia ac delectatione amabimus, & sine ulla defatigatione laudabimus. Ipsum Dominum Deum nostrum possidebimus, & vicissim ab illo possidemur in unitate. Colliquefemus ac defluemus in inexhaustam Divinitatis abyssum. Deo perfruemur, & illi uniti, cum ipso in beatitudine quiescemus: quæ quidem inenarrabilis fruitio, & quies in superessentiali Divinitatis substantia, altissimum beatitudinis fundum est. Singuli autem Sancti suum speciale præmium habebunt pro dignitate & sanctitate sua. Nam tametsi gloria Dei communis erit omnibus, singuli tamen pro sua mensura haurient. * Præmium verò accidentale tam erit multiplex, quot erunt Beati. Unusquisque enim de aliorum beatitudine perinde ¹ ut de propria gaudebit & gratulabitur. Unusquilibet omnes cæli cives plenè ² cognoscet: & cum Domino Jesu, cum dulcissima ejus genitrice Maria Virgine, cum beatis spiritibus Angelicis, ac Sanctis omnibus perenniter, familiariter, jucundissimeque viveret. Erit ³ in beata illa vita perfecta charitas, & humillima suavissimaque concordia. Erit ⁴ & omnimoda sapientia: siquidem cognitum perspectumque habebimus

* Duo-
decim
hic nu-
meran-
tur præ-
mia bea-
titudi-
nis acci-
denta-
lia.

x. Socie-
tas gra-
tulabū-
da;

xi. Iu-
cundif-
sima no-
titia;

xii. Mu-
tua cha-
ritas;
xv. Sapi-
entia;

quidquid volumus. Erit ⁵ etiam omnimoda potestas: quandoquidem Reges ac Reginae erimus, & filii Dei; & quidquid libuerit faciemus. Erit ⁶ præterea omnigena opulencia, eaque longè ultra quàm capere possimus nos inundabit. ⁷ Adhæc, erit pulchritudo sempiterna & immarcescibilis, itemque ⁸ æterna & imperturbabilis pax. Denique erit ibidem omnium affluentia divitiarum, omnigenarum ⁹ influxus deliciarum, omnis boni accessus, atque ¹⁰ florida juvenus, omnis expertus mortalitatis. Nihil ibi ¹¹ erit quod quemquam malè habere aut molestia afficere queat, abundabit autem ¹² quidquid posset adferre lætitiā. Planè istud gaudium, ista lætitia & abundantissima beatitudo, tam ingens, tam multiplex, tam inexhausta erit, ut nec enumerari, nec mensurā comprehendi, nec cogitari, nec scribi, nec verbis exprimi, nec ulla demum ratione ostendi satis queat. Major est enim & cumulatio, quàm vel spe, vel desiderio, vel cunctis simul viribus nostris capere possimus: enimverò Deus ipse incomprehensibilis & immensus, nostrum vult esse præmium, nostrumque gaudium.

Sciendum autem est, quòd in novissimo die omnes resurgemus in ætate, qua fuit Dominus noster Jesus Christus cum propter nos moreretur. Senex centum annorum, & infans noctis unius, ejusdem staturæ erunt. Et licet

bo-

v. Potestas;

vi. Opulencia;

vii. Pulchritudo;

ix. Voluptas;

x. Immortalitas;

xi. Absentia molestiæ;

xii. Felicitas;

xiii. Felicitas;

xiv. Felicitas;

xv. Felicitas;

xvi. Felicitas;

xvii. Felicitas;

xviii. Felicitas;

*SARRA-
GO UTI-
MISS. IN-
STIT.
Statuta.
Integri-
tas.
Claritas.*
boni quidam hic sint claudi, vel
cæci, aut deformes, sed tunc cum
membris omnibus sani, integri,
candidi, formosi, absque aliqua
macula resurgent, sicut & corpus
Domini nostri Jesu Christi. Ita-
que corpora Beatorum gloriosa
erunt, & septuplo sole clariora,
animarum gloria sese per illa dif-
fundente: erunt etiam adedò im-
passibilia, quòd omnis inferiorum
ignis, & quotquot umquam fuê-
re enses, nec minimo ea vulnere
aut nocimento poterunt afficere:
*Impassi-
bilitas.*
Agilitas.
tanta item agilitate ac levitate
prædita erunt, quòd ubicumque
anima esse debet aut volet, mox
ipsa in momento suum secū cor-
pus eò adducet: & tam erunt sub-
tilia, ut etiam murū æneum cen-
tū milliaria latum & crassum mi-
nori negotio sint penetratura, quā
solis splendor vitrum penetrat.
*Subtili-
tas.*

3.
*Adundi
corporei
renova-
tio post
diem ju-
dicii ne-
vissimū,
in celo &
terra.*
Ut verò mundus iste glorioso-
rum corporum quamdam obti-
neat similitudinem, utque homi-
nes beati secundum sensus exter-
nos ejus pulchritudinem contem-
plentur, cæli post extremum ju-
diciū majorem assequentur cla-
ritatem quā modò habeant. Sol
Orientem, & luna Occidentem,
ubi conditi fuerunt, occupabunt.
Aër plus habebit luminis, quā
sua habeat: siquidem sol & luna
& stellæ erunt septuplo lucidiores
quā nunc sint. Non erunt dein-
ceps ullæ nubes, neque grandi-
nes, neque pluviae, nec venti, ne-
que fulgura, neque tonitrua: nox
itidem esse desinet, succedente

perpetua die & luce, sive clarita-
te. Aqua purior magisque per-
spicua erit, quā nunc sit. Terra
etiam tamquam crySTALLUS perspi-
cua, & ut palmus plana erit. Atq; *Luc. 21.*
ita cælum & terra transibunt qui-
dem sed non penitus interibunt,
quin potius multò excellentiùs
renovabuntur ad perennem læti-
tiam nostram.

Igitur cæli, * terræ, & ele-
mentorum omnium pulchritudi-
nem elegantiamque conspiciemus.
Iphis etiam corporalibus o-
culis nostris Dominum Jesum, e-
jusque beatissimam Genitricem
semper Virginem Mariam unaq;
Sanctos omnes contemplantur.
Internis autem oculis contuebi-
mur divinæ sapientiæ speculum,
in quo quidquid umquam factum
est quod nos exhilarare queat, re-
lucebit. * Et sicut externis o-
culis gloriosam Christi faciem vide-
bimus, ita etiam externis auri-
bus gratissimam atq; dulcissimam
illius vocem audiemus. Inde ve-
rò cor, omnesque sensus nostri
gloriâ ejus cõplebuntur, ita quod
præ gaudio & amore nos in eum,
ipseq; in nos colliquescet. Audie-
mus ite corporis auribus melodiâ
suavissimosque cantus Sanctorū,
Internis verò auribus verbum Pa-
tris auscultabimus, & in eo sci-
entiam ac veritatem omnem per-
cipiemus. * Præclarissimus quo-
que sancti Spiritus odor nos per-
transibit, omni balsamo & qui-
buscumq; aromatibus longè sua-
vior: isque nos extra nosipfos in

4.
*Objecta
sensuum
beatifica-
torum in
gloria.*
* Quæ
erit, &
unde vo-
luptas
in Bea-
torum
oculis
ac visu.

* Quæ
in aud-
ita.

* Quæ
in olfa-
ctu.

æter-

FARRA-
GO UTI-
LISS. IN-
STIT.
* Quæ
in gultu

æternam Dei trahet ac rapiet cha-
ritatem. * Abundè etiã & per-
fectè gustabimus sempiternam
Dei bonitatem omni melle dul-
ciorem: ejus perpetua tenebimur
fame ac siti, eaque nos jugiter pas-
cet & cibabit, atque per corpus &
animam perferetur ac penetrabit,
sicque fiet, ut perennem sitim ac
esuriem etiam perpetuus gustus
& cibatio comitetur, semperque
renovetur, quæ est vita æterna.

¶
Damna-
torum mi-
seria, &
horrenda
& atera-
na.

¶
Ioël. 2.
Ezech.
24.
Luc. 13.

Cæterùm malis & damnatis
omnia evenient felicitati ac glo-
riæ justorum contraria. Ipsi enim
in ignem æternum, in tenebras
exteriores, in puteum abyssi mit-
tentur demergenturque, & sem-
piternis inferorum tormentis cru-
ciabuntur. Recipient quidem in
novissimo die corpora sua; sed ea
erunt tetra, deformia, foetida, &
plumbo graviora. Post iudicium,
tartarus illos omnes, & quidquid
in mundo foetoris ac spurcitiei
est, in se recipiet: claudeturque
supernè & obstruetur instar ollæ,
unde postea nullus umquam ne-
que dæmon neque homo egre-
dietur. Ibi erit perpetua miseria,
dolor, invidentia, odium, ira, de-
speratio. Ibi stertus, & stridor den-
tium, atque ululatus (qui est can-
tus infernalis) nullum umquam
finem habebit. Ibi impii in ani-
ma & corpore semper corquebun-
tur, semper coquentur & affa-
buntur, semperque videbunt, au-
dient, & sentient quidquid hor-
rori atque abominationi esse po-

terit. * Igitur sicut boni, qui hic se
correxerint, & virtutibus operã
dederint, Deumque coluerint &
amaverint, æternã beatitudine
gaudebunt; ita mali, qui in pec-
catis ac vitiis perseveraverint, æ-
ternum supplicium patientur. Já
nunc unusquisque eligat, utra-
cum societate vivere ac mori, per-
petuoque permanere velit.

S. IX.

*Epistola Ludovici Blossii plena sum-
missimis institutionibus.*

1. Mentionem facit Opusculorum superiorum.
2. Instruit amicum de multiplicitate cogitatio-
num fugiendã, & de Divinitate curiosius non
indagandã.
3. Quies, solitudo, silentium internum in
otio sancto.
4. De vera ac falsa quiete & otio spiritus.
5. Ne in hac re sumus pusillanimes; conatu ra-
tionabilis adhibendus; sed in eo non confiden-
dum. Nihil nisi Christi humanitatem & Divi-
nitatem cogitare, est verum anima silentium &
quies.
6. Sublimia scripta contemplatorum non pro-
sunt omnibus: ad optima quidem conandum est,
sed moderatè.
7. Bona voluntatũ plenitudo supplet defectus
quos invisi toleramus. Custodia cordis & sensuum.
Omnia de manu Dei accipienda sunt.

CHARISSIME in Christo frater,
Cmiror Institutionem illam spi-
ritualem, quam ante sesquian-
num ex scriptis Joannis Thauler-
ri & aliorum Patrum decerperã,
tibi tantum placere: neque enim
desunt boni viri, quibus pleraque
in eadem Institutione videntur
nimium ardua, nimisque severè
ac rigidè scripta. Ego hisce die-
bus collegi Epitomen vite Christi
ex quatuor Evangelistis, cui ad-
feci

FARRAGO jeci *Explicationem passionis Domini* dis illum esse summam incom-
GO *nica* ex Thaulero, itemque *Far-* prehensibilemque bonitatem, at-
TI *raginem sanctarum institutionum,* que in se habere totius beatitudi-
LIS *ex Joanne Rusbrochio: quæ om-* nis exuberantem plenitudinem.
IN *nia quod communiora sunt, ed et-* Itaque curiosa atque superflua
STIX *iam pluribus utilitatem allatura* intellectus operatione repressa,
cat. pas- simplicitatem amplectere; & hu-
sionis, & militer, purè amanterque in Dee
Farragi- tibi ignoto quiesce.
ne harum
Institu-
tionum,

Consolatio
 pusillanimum.

2. Gaudeo plurimum, & gratias
 ago Deo, quòd per veram tui ab-
 negationem, vitiorumque mor-
 tificationem, & alia devota exer-
 citia, strenuè vitam spiritualem
 prosequeris. Perge, obsecro, &
 magis magisque sponso animæ
 tuæ Jesu Christo placere contende:
 cujus nobilitas, potestas, dignitas,
 opulencia, pulchritudo, suavitas,
 charitas, pietas & misericordia
 prorsus immensa est. Dicis te nonnumquam
 laborare, si multa cogites dum Deo
 vacare vis. Consulo igitur ut relin-
 quas multa, & unum juxta gratiam
 tibi concessam crebrò cogites; sic
 enim parum laborabis. Consulo,
 ut oculus intellectus tui prudenter
 demittas atque deprimas, & factus
 piè ignorans, instar pueri parvuli
 simpliciter coram Domino Deo tuo
 tui amantissimo consistas. Non velis
 perscrutari atque animo revolvere,
 quid sit Deus, sed sufficiat tibi,
 quòd scis & cre-

Multiplicitas
 cogitationum
 fugienda.

Curiosa
 divinorum
 perscrutatio
 deponenda.

Si ad eam mentis nuditatem
 munere Dei pervenisses, ut posses
 nihil cogitare & nihil considera-
 re; jam etiam nihil laborares, sed
 internâ solitudine, internoque
 silentio gaudens, sanctè otiosus
 esses. Hinc quidam venerabilium
 Patrum ita animam suam allo-
 quitur: *O anima mea, dilige tran-*
quillum illud & internum silentium,
quod Deo gratissimum est: summè e-
nim illi placet, ut sis nuda, simplex,
pura, & nihil cogites, nihilque con-
deres. Hæc ille. Quando homo
 manifestè & certò cognoscit, senti-
 titque Deum in hoc beato silentio
 opus suum nobilissimum velle
 peragere, debet, relicta propria
 actione, in tranquilla pace atque
 quiete cum Deo permanere, abs-
 que scrupulo perturbatione, vel
 etiam reprehensione conscientie;
 ne præclarum illud opus Dei,
 quod sine hominis cooperatione
 fit, impediat.

3. Internum
 silentium
 est, quan-
 do cogi-
 tatione
 quiescen-
 te volun-
 tas amori
 Dei insti-
 fit.

Cave tamen, ne ista perperam
 intelligendo, vanum otium &
 falsam quietem per nudum * in-
 depictumque intellectum, absque
 Dei amore, secteris. Quod qui fa-
 ciunt, periculosissimè errant, dum
 neque virtutibus operam dare,

4. Falsa ta-
 me quiet,
 & vanus
 otium, om-
 nino evi-
 tentur.
 * Acci-
 pe Le-
 ctor, ab

B b

ne.

FARRA-
GO UTI-
LISS. IN-
STIT.
ab ipso
Blosio
hic tra-
ditam
senten-
tiam ve-
ram &
firmam
de intel-
lectu in-
deposito
atque i-
magini-
bus de-
nudato,
deq; o-
tio my-
stico ad-
eytando
errores
via my-
stica ob-
vios, si
quis ab-
que di-
cretio-
ne per
illam
ambula-
re præ-
sumat.
Veri ois
mystici
descrip-
tio accu-
rate ob-
servan-
da.

neque Deum laudare, neque pas-
sionem Dominicam recolere, ne-
que gratias agere, neque orare,
neque amare, neque desiderare
volunt: sed miserè seducti, per-
fectionem in hoc constituunt, ut
se se cum otiosa & ab imaginibus
denudatâ sensualitate intra se
ipsos recipere possint, relictis qui-
buslibet piis operibus & exerci-
tiis, neglectaque ad Deum amo-
rosa adhæsiōe. Tales nō in Deo,
sed in seipsis delectantur, & im-
pura diaboli mancipia sunt. Ce-
terum veri Dei amici, legitimiq;
contemplatores, nudam & ab i-
maginibus expeditam mentem
possidentes, dum interno silentio
atque otio se tradunt, non sine
sincero ad Deum affectu vel desi-
derio id faciunt, Dei que hono-
rem potius quàm propriam dela-
stationem quærunt: neque pro-
pter huiusmodi otium alia bona
opera & exercitia deserunt. Hi
Deum & desiderio quærunt, &
fruitivo amore inveniunt. Unde
& ipsorum supernaturalis quies,
quam in Deo possident, tantum
naturalem illam quietem excel-
lit, quantum Deus ipse creaturis
sublimior est. Isti igitur supra se
ipsos sublevari, raptique, nuda
charitate in divino lumine Deo
conjuguntur; ubi jam spiritus
eorum præ amore deficit, & quasi
redigitur in nihilum, sicque ipsi
feliciter Deo uniuntur, unus spi-
ritus eum eo effecti, atque in eum
excellentiſſimè transformati.

Tu verò, dilecte frater, licet vi-
tæ perfectionem votis omnibus
desiderare, atq; ad eam vivâ stre-
nuitate coniti debeas, non eris
tamen pusillanimis, si singularem
illam mentis nuditatem, & sub-
limem contemplationis transfor-
mationisq; gratiam, tempore
hujus exilii minimè assecutus
fueris. * Persevera in rationabi-
li conatu, & laudabilibus exerci-
tiis tuis: ita tamen, ut in illis
haudquaquam confidas, sed in
solo divinæ gratiæ auxilio, sine
quo ne unam quidem sanctam co-
gitationem habere potes. Nulla-
tenus etiam retineas ipsa exerci-
tia tua cum vitiosa proprietate,
sed semper paratus sis illa inter-
mittere & relinquere, ubi Deum
id velle, vel obedientiam chari-
tatemve, seu aliam justam causam
hoc exposcere sentis. Resigna te
funditus Deo, voluntate atque
ordinatione ejus contentus. Hoc
si feceris, ille proculdubio sem-
per largietur, quod & sibi placi-
tum & tibi utile erit. Sæpenume-
rò † magnum Dei donum est, nō
multa dona à Deo accipere. De-
pinge mentem tuam amabilibus
imaginibus vitæ & passionis Dñi
nostri Jesu Christi: devotâ do tamē
nimis pressam & acrem imagina-
tionem, ne caput tuum lædatur.
Interdum etiam ipsis imaginibus

† Quando Deus ex amore mero, & ob-
majus nostrum bonum negat dona, quæ vel
irresignatè petimus, vel non satis humili-
ter ad utilitatem spiritualem impensuri
sumus. Et hoc benè notent, qui vel pusil-
lanimiter vel imparienter ferunt, nulla vel
pauca, quæ malè petunt, dona accipere.

hu-

5.
Illa sunt
maquis
contem-
plationi
non est
nima an-
xiè appo-
tenda.

* Ob-
serva-
condi-
tionis
bonas
consta-
tiam
petitio-
gere ad
subli-
mè qui-
etis co-
templa-
tive gra-
dam.

Christi
Domini
humani-
tas atque
divini-
tas, si
frequen-
tissimam
medita-
tionem
arguetur
tam; sed
modus
adhibe-
tur ima-
ginationi
m.

FARRAGO UTTESSIT. humanitatis piè relictis attende placidè, simpliciter & amorosè jucundam atque amabilem præsentiam Divinitatis, si potes. Ita enim alia quæque parum aut nihil considerans, nonnullam mentis nuditatem, cogitationisq; simplicitatem in te senties. Hac ratione silendo, fundumque animæ tuæ observando, eris lætus coram Deo, interioribus tuis mirè serenatis atque sedatis: eris simplex & expeditus, quasi nihil attenderes, nihilque cogitares. Reverà, hujusmodi sancta quies, vires exercitiis actionibusque defatigatas convenienter reparabit, naturamque non parum relevabit. Sed vide, ut in hoc honorem Dei quæras, non propriam voluptatem. Deo sanè charissimi sunt, qui munere ipsius ab omnibus intus absoluti, liberè ad supersubstantialem divinæ caliginis radiū evolant, & in fruitione quieteq; dulcissimæ contemplationis castè deliciantur: sed non illi soli Deo placent, nam & humiles ac resignatos quosque plurimum diligit Dominus. Christus, in quâ in Ecclesia sua, in corpore suo mystico, non oculos tantummodò, sed & manus amat, ac cetera membra, quæ charitate sibi invicem conjuncta sunt, & Spiritu sancto vivificantur.

6. Crede mihi, Institutio illa spiritualis à me edita (cujus supra memini) non omnibus per omnia convenit. In his quæ de morum reformatione, de sui mortifi-

ficazione, abnegatione & resignatione, de quæ veris virtutibus ibi scripta sunt, quilibet tutò se exercere potest: * sed illa quæ de infatigabili studiò continuæ introversionis, & de mystica Theologia, vitaque superessentiali dicuntur, multis sunt nimis ardua. Et profectò qui talia in Thaulero, vel Rusbrochio, vel in Harphio, aut in aliquo alio Scriptore legit, nisi ea sanè intelligat, & prudenti discretionè præditus sit, facilè, unde juvari deberet, impediatur retardabiturque, * Sicut dixi, non omnes ad hoc idonei sunt, ut se in illis plenius exercent. Quâ, quæso, absurdum foret, si is, cui Rex demandavit officium standi ante mensam suam & serviendi, injustus sese impudenter mensæ Regiæ ingereret, ac resideret? At qui non minùs improbè facit, qui se totum otio contemplationis tradere vult, cum tamen ad illud singulariter à Deo non vocetur. In regno cælesti omnes Beati mensæ summi Regis assident, omnes per amorem Deo perfectè vniti sunt, omnes suaviter in Deo requiescunt, & torrente divinæ voluptatis assiduè potantur: at hic non omnibus electis illud cōceditur, sed nec expedit quidem ut omnibus concedatur. Quapropter * illi qui indiscretâ vehementiâ se ipsos importunè perurgent & impellunt ad ea, quæ mensuram gratiæ ipsis datæ excedunt, ut plurimum & quò tendunt non perveniunt, & insuper naturam

B b 2 suam

* Audi sententiam Blossi de suis ipsis myuicæ doctrinæ scriptis institutio nibus, quanta cum discretionè legèda sint. * Magnus vitæ ascetice Magister R. P. Jacobus Alvarez de Paz Tom. 2. l. 5. parte 2. c. 13 cum ex aliis Autorib' docuisset, neminem debere indistinctè ad perfectam contemplationem conari, ista Blossi doctrinam adfert & explicat. * Ad optima conandum, sed moderate.

Non soli contemplatione sublimi præditi, Deo placent, verum & humiles in affectionibus exerceri oportet.

Non cuiusvis coningit contemplationis alicuius attingere.

FARRA-
GO UTI-
LISS. IN-
STIT.

suam prægravant ac destruunt. Hominis pii conatus tam in internis quam externis exercitiis semper moderatus esse debet, ut Deus quietem in eo invenire possit. Etiam nimia commotio compunctionis solerter vitanda est, si impedimentum præstat & mentis sinceritati officit. Verumtamen non despondeat animum, qui per indiscretionem sese iam debilitavit, ineptioremque reddidit: sed deinceps sit cautior, & molestiam sive gravamen, quod ex huiusmodi calamitate sentit, patienter perferat propter Deum, illudque offerat Deo in laudem æternam.

7.
Instabi-
litas cor-
dis nostri
in pieta-
tis exer-
citiis bo-
na volun-
tatis con-
nati com-
pensa-
tur.

O serve Dei, cur te ipsum miserabiliter excrucias, & anxio atque inquieto es animo, quod Deo per fixam cogitationem incessanter intendere, incessanterque illum orare non possis? Si semper bona voluntate plenus es, Deoque placere verè desideras: si omne peccatum (quantum in te est) fugis, & omne tempus fructuose transigis: si denique honorem, laudem & gloriam Dei in omnibus purè spectas & quæris: semper Deum laudas & oras. Ista bonæ voluntatis plenitudo, ista sancta charitas abundè diffunditur in cordibus parvulorum (id est, humilium atque resignatorum) per Spiritum sanctum qui datur eis. Beati qui hoc tantum donum acceperunt: Deo enim gratissimi sunt, non solùm quando studiosè Deo intendunt aut preces

Qua ra-
tione bo-
na volun-
tas in me-
dio nego-
tiorum à

fundunt; sed etiam quando invivida illa plenitudine atque energia, externa aliqua exercitia vel opera ad gloriam Dei peragunt, variisque negotiis occupantur. Nam præclaro simplicis intentionis, & bonæ voluntatis, veræque charitatis fune religati sunt ad Deum, qui fundum animæ eorum possidet: & ipsas externas actiones atque opera sine vitiosa cordis inquietudine, sollicitudine vel implicatione exequentur. Quamlibet multæ imagines illis occurrant, non facile sinunt eas mentibus suis per inordinatum affectum imprimi. Non possunt non crebrò reminisci Dei qui in ipsis manet, & quæro in omnibus ac super omnia intentione atque amore persequuntur. Nihilominus quando eis vacat, sedulo horis congruis insistent orationi, introvertuntque se ad Deum simpliciter, absque nimia extensione aut applicatione intellectus. Visum, auditum, ceterosque sensus, & linguam suam, diligentissimè custodiunt, ne ad vana vel illicita declinent. Innocentiæ puritati que cordis conservandæ jugiter invigilant: scientes Deum ubique sibi præsentem esse. Mox ubi culpam aliquam se contraxisse animadvertunt, eam pretioso Christi sanguine diluunt & expiant. Omnem tam internam quam externam tribulationem, pœnam & afflictionem quæ eis accidere potest, de manu Domini suscipiunt, atque illam pro Dei amore a quanimi-

Deo non
separa-
tur,

Cultus
cordis &
sensus
ad bonam
voluntatem
temerè
essentia

Item
Dei vo-
luntatis
in ob-
versis,
quam in
preceptis
amare.

FARRA
GO UTI-
LISS. IN-
SIT.

Humili-
tas etiam
& beni-
gnitas
erga om-
nes, bona
volunta-
tu homi-
nibus op-
portuna.

nimiter tolerant. Gratissimū Dei voluntatem unicè amant, & ei se in omnibus subdere atque conformare student. De se suisque viribus humiliter desperantes, in Domino plenè confidunt. Infra omnem creaturam se deprimunt. Proximos quosque benigno & misericordie oculo respiciunt, eorumque dicta & facta libenter in melius interpretantur. Etiam illis à quibus cōtemnuntur, & persecutiones molestiasq; sustinent, sincerum charitatis affectum impendunt. Omnium salutem ex animo desiderant. De aliorum malis dolent, & de bonis gaudent, Deoque gratias agunt, sicut de propriis. Breviter, eorum conversatio verè Christiana ac sancta est: quia non secundum carnem, sed secundum spiritum vivunt, & ea quæ sursum sunt sapiunt quæruntque. Sanè isti mites & humiles corde ac resignatæ voluntatis homines, isti servi Christi fide pleni, alacres, strenui, & divinæ charitatis spiritu perfusi, ad multa bona opera patranda admodum idonei sunt, ac plerique eorum paulatim transformantur. Deus nobis inter electos suos vel novissimum locum concedere dignetur, Amen.

S. X.

Notata digna vitæ spiritualis documenta.

1. Servo Dei nihil tribulatione utilius.
2. Opera nostra cordi Jesu emendanda offeramus.

3. Peccatorum expiationi diligenter incumbendum fide non bastante.
4. Cordis ariditas Deo offerenda. Modus in exercitiis. Distractiones in vitis obrepentes, orationis meritum non diminuant.
5. Firma in Deum confidentia reverenter & humiliter nutrienda.

PERFECTUS Dei amicus paratus esse debet etiam ad extremum usque iudicii diem in doloribus ac pressuris vivere, si ita Deus vellet. Neque enim aliquid utilius homini accidere potest quàm tribulatio, sive sit externa, sive interna. Et nullum certius signum divinæ electionis habetur, quàm si quis tribulationem humiliter patienterque propter Dei amorem sustineat. Illa enim est pretiosus & præclarus annulus, quo Deus animam sibi desponsat. Pati pro Deo, res tantæ dignitatis est, ut homo iure se reputare debeat indignum eo honore. Etiam exigua molestia propter Deum æquanimiter tolerata, incomparabiliter præstantior est, quàm sint multa & grandia bonorum operum exercitia. Quodvis gravamen imaginem aliquam excellentissimæ Passionis Domini nostri Jesu Christi refert, & in eo homo promereri potest perfectam ejusdem passionis Dominicæ participationem. Per tribulationem

I.
Tribulatione nihil utilius in vita spirituali.

* Quantum qui d. m. humana fert conjectura ex indicibus pro babili- bus à Spiritu sancto suggeri solitis, ut est Roman. 8. 16.

Christo hominem conformat.

Dona confert,

**ERRA-
GO UTI-
LISS. IN-
STIT.**

*A Deo
ab aeterno
providetur in bo-
num ser-
vorum
suorum.*

*Exornat
animam,
tamquam
sponsam
delicio-
sam Chri-
sti.*

Zach. 2.

*Delet pa-
nas infer-
ni & pur-
gatorii.
*Si cru-
ces tu-
lit vera
resigna-
tione
ex per-
fecta
charita-
te.*

*2.
Opera no-
stra ex se
se imper-
fecta &
vilia of-
ferantur
Iesu pas-
si.*

ipse sineret minimam adversi-
tatem intus forisve exurgere, &
nec minimum quidem ventum
flare adversus electos suos, nisi
sciret hoc eis expedire ad salu-
tem. Frigore, æstu, fame, siti, in-
firmitate, & quibuslibet aliis af-
flictionibus, non solum purgat,
sed etiam mirifice exornat ani-
mas nostras: sicut peritus aliquis
pictor imaginem perornare solet
lineis atque coloribus superin-
ductis: & sicut aliqua nobilis pu-
ella, nuptura illustri Principi, de-
coratur auro & gemmis, honeta-
turque cultu vario. Dicit qui-
dem Deus his, quos sublimiter e-
legit, sibi que singulariter segre-
gavit, *Qui tetigerit vos, tangit pu-
pillam oculi mei:* verumtamen po-
tius quam tales non purgarentur
atque exornarentur per tribula-
tiones, ipse permetteret, ut & dæ-
mones, & homines, & elementa,
sive quælibet creaturæ illos pre-
merent atque gravarent. Igitur
omnis afflictio & amaritudo pa-
tienter loco inferni atque purga-
torii toleranda est. Anima enim
verè pura & resignata, * mox ut
è corpore egreditur, ad regni cæ-
lestis palatium euolat.

Sectator vitæ spiritualis, ope-
ra & exercitia sua divino cordi Je-
su Christi emendanda perficien-
daque commendet, & illa ipsi Do-
mino Iesu, aut Deo Patri offerat
in laudem æternam ad salutem
totius Ecclesiæ, in unione san-
ctissimorum operum & exercitio-
rum ejusdem Christi Iesu, vel in

unione illius amoris, quo Chri-
stus pro nobis incarnari, nostram-
que salutem perficere voluit. Si
enim hoc piè fecerit, ipsa opera
& exercitia ejus, quæ ex se vilia
& imperfecta sunt, nobilissima
Deoque acceptissima erunt. Nam
ex operibus & exercitiis Christi,
quibus conjungentur atque uni-
entur ineffabilem dignitatem ac-
cipient: quemadmodum gutta
aquæ missa in vinum, vinoque
unita, excellentem vini colorem
saporemque recipit. Itidem om-
nia quæ ipsum gravant & affli-
gunt (sive parva sive magna, sive
externa sive interna sint) offerat
Deo in laudem æternam, ad salu-
tem omnium hominum, in unio-
ne passionis & dolorum Christi:
ut ex eisdem passionibus, dolori-
busque Domini Iesu, quibus uni-
entur, divinam claritatem assu-
mant.

Etiam spiritualis Asceta, in
plenam emendationem, expia-
tionem atque satisfactionem pro
peccatis negligentibusque suis, of-
ferat Deo Patri prædilectum Fi-
lium ipsius, offerat merita sacræ
humanitatis ejus. Roget ipsum
Dominum Iesum humiliter, ut
suas imperfectiones supplere dig-
netur: & ille indubiè supplebit
quod ei deest. Credat hoc, & fiet
ita. Necessè enim est, ut obtinea-
mus à Deo utilia quæ que si humi-
li & certa fiducia speramus nos ea
obtenturos. Is qui Christum ro-
gat ut pro se satisfaciatur, pro se sup-
pleat, seque meritis suis exornet,
si

*Sic eni
dignita-
tem in
fabula
accipi-
ent.*

*Idem su-
modis
tribula-
tionibus
fuit.*

*Pecco-
rum
piatis
satisfac-
tio, ut
merita
Christi
magis
& ipsa
fiducia
curat.*

BARRA-
GO UTI-
LIS IN-
STAT.

si dubius nimiumque meticulosus permanet, similis est ei qui vilibus sordidisque vestimentis exutus, & repente indutus Regiis, non novit decenter atque compositè pro exigentia ipsorum vestimentorum Regalium incedere: sed pro morum rusticitate, cui assuetus est, ineptè & incivilliter graditur.

4. Dum verus Dei servus exercitiis spiritualibus insistit, & legendo, meditando, contemplando, vel orando mentem suam amorosè Deo conjungere conatur, si frigidus aridusque permanet, nihil hinc turbetur, neque ob id putet se perdere operam, quam huiusmodi studiis impendit: nam bona voluntas, qua Deo cōjungi desiderat, & pius eius conatus suscipitur à Deo, perinde ac si prorsus corde liquefieret præ amore & interna cōsolatione. Imò verò velle Deum ferventer amare, atque ad hoc rationabiliter conari, plerumque Deo acceptius ac homini utilius est, quàm amoris gustum sentire. Caveat verò servus Dei, ne nimietate exercitiorum naturam suam prægraveret ac destruat: quod contingere solet his, qui nulla virium suarum ratione habitâ, mox imitari volunt quæcumque ab aliis facta esse legunt vel audiunt. Igitur ipsa exercitia sua cum discretionè moderatè semper colat, Deoque & rebus divinis libero atque hilari corde vacet, absque sui gravamine aut anxietate. Si inter orandum nequit

esse satis attentus, non propterea nimium deiciatur animo: nam etiam ea precatio, quæ cum distractione cordis peragitur, fructuosa est, si modò is qui orat, invitus ejusmodi distractionem patitur, & placidè facit quod in se est. Igitur verus Dei cultor, inordinata animi anxietate rejecta, resignet se Deo, & ei confidat. Deus enim pro sua ineffabili bonitate, omnia opera nostra, æterna remuneratione digna reputat, si pii sumus, & voluntatem nostram ab eo non avertimus, frequenterque dolemus & ingemiscimus pro multiplicibus delictis atque defectibus nostris. Haudquaquam etiam existimet, se minime exaudiri à Deo, si orationis suæ effectum non statim sentiat aut videat: sed longanimis fideque plenus perseveret in sanctis petitionibus, Deo penitus committens, quando & quomodo velit postulata tribuere. Sanè Deus quamlibet precati unculam in Ecclesia Catholica ritè fufam, & quodlibet suspirium piè ad se emissum, eximia mercede remunerat: sed sæpè in longum tempus differt prætare quod postulamus, quia sic expedit nobis. Et dum petimus ea quæ salutaria non sunt, non illa quidem, sed alia quæ nobis utilia sunt, donat. Benignissimus enim Pater est, & nos, quibus bonam voluntatem concessit, dulcissimè atque ardentissimè amat. Reverà, si cum amore, quo Deus nos diligit, con-

Deo inter
orandum
si nen est
volunta-
ria, non
est dam-
nosa.

Patien-
ter expe-
ctandis,
si in ora-
tione sta-
tim non
exaudia-
mur.

Minimè
etiam om-
ni fide-
lium à
Deo re-
munera-
tur ex
immenso
in nos a-
more.

Diffra-

fera-

FARRA-
GO UTI-
LISS. IN-
STIT.

feratur amor quem omnes unquam parentes habuerunt, habent & habebunt erga filios suos; erit velut aquæ guttula cum immenso mari comparata. Hunc Dei erga nos infinitum amorem perfectè cognoscemus atque sentiemus, ubi in cælum recepti, & ad claram Divinitatis contemplationem admissi fuerimus. Tunc etiam manifestè videbimus, quã utiliter Deus nobis hic aliquos defectus inhæreret, & varias tentationes molestas esse permittrat.

5.
Firma in
Deum
confiden-
tia.

Homo resignatæ voluntatis, qui in quibuslibet defectibus, culpis, tentationibus, angustiis, doloribus, damnis, persecutionibus, miseriis, necessitatibus, & periculis suis, novit humiliter, amanter, firmiterque fidere Deo, & in bonitate pietateque ejus integrè sperare, secureque se & omnia sua paternæ providentiæ illius committere, credens indubitanter Deum verè & scire, & posse & velle se adjuvare, cunctaque sibi ad salutem convertere: is planè cor Dei vulnerat, & ipsum Dominum cogit sibi adesse. Fieri omnino non potest, ut talis à Deo deseratur, quantumcumque etiam Deus, ipsi videatur irasci. Reverà præclarum Dei donum est hæc firma fides, & certa spes, securaque & amorosa in Deum confidentia. Qui adhuc multum pusillanimis est, potest, si non in-

Numquã
à Deo de-
seritur.

tegro corde, saltem pio ore dicere Deo: *Domine, fiat voluntas tua: ego me totum tibi resigno: etiamsi occideris me, tamen in te sperabo: & si in profundum inferni demersus fuero, inde me liberabis.* Qui humilem illã & amorosam, securamque erga Deum confidentiam habet, licet densis tribulationum tenebris undique circumfundatur, manet tamen in verò lumine. Quod indicans Isaias Propheta, dicit: *Qui ambulavit in tenebris, non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.* Ille igitur manet in lumine, filius lucis est; unde etiam aliquando perveniet ad patriam claritatis æternæ. Ibi apertè, & facie ad faciem videbit Deum. Deus autè est lux splendidissima, amœnissima, & deliciosissima: Deus est fons toti pulchritudinis, opulentæ & suavitatis: atque in eo excellentissimè, plenissimè, superessentialiterque sunt omnia quæ hic cordi humano grata, jucunda, amabilia vel delectabilia esse possunt. Hinc beatus Augustinus ait: *Visuri sumus quamdam visionem, præcellentem omnes pulchritudines hujus mundi: visuri sumus Deum omnia pulchra superantem, quia ex ipso sunt omnia pulchra &c.*

Confidit
hominis
in vera
lumine

Isa. 40.

PARA-
GO UTI-
LYSS. IN-
STIT.

AD SPIRATIONES
DE MISERICORDIA DEI.

Ex Psalmo CII.

MISERATOR & misericors
Dominus, longanimis, &
multum misericors.

Non in perpetuum irascetur,
neque in aeternum comminabi-
tur.

Non secundum peccata nostra
fecit nobis, neque secundum ini-
quitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudi-

nem caeli à terra, corroboravit
misericordiam suam super timen-
tes se.

Quantum distat ortus ab oc-
cidente, longè fecit à nobis ini-
quitates nostras.

Quomodo miseretur pater fi-
liorum, misertus est Dominus ti-
mentibus se: quoniam ipse cog-
novit signum nostrum, re-
cordatus est quoniam pulvis su-
mus.

Misericordia Domini ab æ-
terno, & usque in aeternum super
timentes se.



Cc

LUDO-

HLUDOWICI BLOSII
MARGARITI
SPIRITUALIS
PARS QUINTA,
SIVE

ARTICULI VITÆ CHRISTI
AMPLAM MEDITANDI MATERIAM
PAUCIS VERBIS SUBMINISTRANTES.

*Ante meditationem potes orare
in hunc modum.*

*Gravis
medita-
tioni pra-
missio-
da.*



Adoro te, ô
gloriosa, ful-
gida, & sem-
per tranquil-
la Trinitas,
unus Deus.
Gratias ago
pro universis
beneficiis tuis, mihi indignissimo
præstitis: omnia illa in te refundo
& tibi offero in laudem æternam.
O bone Iesu! ô dulcis Iesu! amabi-
lis Iesu! O Domine mi, fili Dei
vivi, Deus æterne! qui ex volun-
tate Patris, cooperante Spiritu
sancto factus homo, redemisti me,
miserere mei. Emunda me ab
omni peccato. Concede, ut purè

ad gloriam nominis tui recolam
ea quæ pro salute mea facere (vel
pati) dignatus es. Doce me hoc
ita perficere, sicut tibi placitum
est. Da ut studiosè te sequar, & ti-
bi medullitus compatiar, atque
præ tui amore penitus liqueſcã:
Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Amen.

Articulus I.

Dulcis Iesus, Filius Dei vivi,
Deus altissimus, Creator cæli &
terre, propter nimiam charita-
tem qua me dilexit, voluit de
Spiritu sancto concipi & incar-
nari, in castissimo beatæ Mariæ
Virginis utero: in quo etiam no-
vem sensibus habitavit. Deus
meus seipsum exinanivit, & for-
mam servi accipiens, factus est
frater meus: ut me ad cæleste reg-
num

ARTICULI
VITAE
OMNIBUS

num suam reduceret. O pietas ineffabilis, & beneficium inestimabile! Quid retribuam Domino meo?

Articulus II.

2.
Nativitas
in stabulo

Dulcis Iesus, Rex gloriae causa salutis meae natus est tener infans in abjecto stabulo, saeviente hyemis asperitate. Involutus est vilibus pannis. Reclinatus est in praesepe jumentorum. Jacuit super foenum & stipulas. Lactatus est uberibus pauperulae matris. Tantam paupertatem subiit pro me Filius Dei. Eja amabilis puer, lux gentium, Salvator desiderabilis, miserere mei: benedic mihi obsecro, & salvum me fac.

Articulus III.

3.
Circumcisio

Dulcis Iesus octavo a nativitate sua die circumcisus est, Virgine matre illi intimè condolente. Circumcisus est, & Sanguinem fudit pro me vilissimo: vocarique voluit Iesus (id est, Salvator) ad consolationem meam. Postea Gentibus stella duce revelatus est, quando Magi ad ipsum pauperem puerulum adorandum, venerunt in Bethlehem. Praesentatus est in templo, atque hostia pauperum redemptus. Fugit in Aegyptum, ibique paupertatis incommoda cum Maria & Joseph sustinuit. In sacra infantia, pueritia atque adolescentia sua, plurimas necessitates & tribulationes perpeffus est pro salute mea.

Articulus IV.

4.
Baptismus

Dulcis Iesus, cum esset ferè triginta annorum, humiliter susce-

pit Baptismum à servo suo Ioanne. Ieiunavit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, habitans cum feris in deserto. Conditor orbis, Rex Angelorum, Deus Omnipotens, non dedignatus est tentari à diabolo propter me.

Articulus V.

Dulcis Iesus pro salute mea itineribus, vigiliis, laboribusque fatigatus est. Praedicavit, miracula edidit, beneficia impendit. Famem, sitim, frigus & aestum pertulit. Innumeras ærumnas innumeratq; persecutiones triginta tribus annis mitissimo corde toleravit, ac tandem venit Ierosolyam, ut moreretur pro me.

Articulus VI.

Dulcis Iesus, Rex regum & Dominus summæ majestatis, precinxit se linteo, misitque aquam in pelvim: ac positis genibus, humiliter lavit pedes discipulorum suorum, eosque linteo exterfit, O! quale exemplum dedit mihi Dominus Deus meus!

Articulus VII.

Dulcis Iesus ex immenso amore, quo nos tenerrimè diligit, venerabile Sacramentum Eucharistiae instituit, seipsum in illo stупenda liberalitate, suavissimaque charitate nobis donans atque relinquens.

Articulus VIII.

Dulcis Iesus in hortum oliveti perveniens, cepit pavere ac mortuus esse, aded ut diceret: *Tristis est anima mea usq; ad mortem.* Flexit humiliter genua super terram,

Ieiunium.

Tentatio.

5.
Prædicatio.
Miracula.

Persecutiones.

6.
Loto pedum discipulorum.

7.
Eucharistia instituit.

8.
Agonia.

Oratio.

ARTICULUS
DE VITAE
CHRISTI

& procidens in faciem suam, oravit Patrem tertio. Ipse propter me summe afflictus, plenissime se Patri resignavit, dicens: *Pater, non mea, sed tua voluntas fiat.* Praevehementia angustiarum quibus mitillimum cor ejus premebatur, sudavit toto corpore sudorem sanguineum, ita ut guttae decurrerent in viam.

*Articulus IX.*9.
Obvatio
hostium.

Dulcis Iesus, summo desiderio me redimendi & pro me patiendi ardens, processit obviam inimicis suis, benignissimeque eos allocutus est. Non recusavit à Iuda proditore osculum accipere, atque ab impiis hominibus ignominiose tamquam latro comprehendendi ligarique, ut ego à vinculis peccatorum meorum absolverer.

*Articulus X.*10.
Domus
Annæ &
Caiphæ.

Dulcis Iesus vincus ut malefactor, adductus est cum opprobrio ad domum Annæ, indeque ad domum Caiphæ Pontificis. Benignus & suavis Dominus tradebatur, propellebatur, tundebar & blasphemabatur à satellitibus diaboli; sed omnia illa gravia atque indigna amore mei patientissime tolerabat.

*Articulus XI.*11.
Alapa à
servo in-
fligta.

Dulcis Iesus, Dominus dominantium, diram & atrocem alapam sibi à servo Pontificis iniquissime datam, modestissime pro salute mea pertulit. Et quomodo ego posthac non vicissim pro illius amore patienter feram

injurias mihi irrogatas?

Articulus XII.

Dulcis Iesus in domo Caiphæ falsò accusatus est, injustè condemnatus est, foedè consputus est. Inclementer verberatus est, horribilesque colaphos & alapas accepit. Ludibriosè velatus est, cædentibus eum impiis, & subsannando dicentibus: *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Ah! Regia illa & amabilis ejus facies putentibus sputis pro me foedata est: ipse agnus mitillimus interea conquestus non est, sed patientiam docens, obmutuit, & non aperuit os suum. Convitia, contumelias, opprobria, & qualibet injurias id silentio toleravit propter me. O quam malè & indignè nocte illa tractatus fuit!

Articulus XIII.

Dulcis Iesus, Sanctus sanctorum, & Rex Angelorum, consputus ac vincus manè ductus ad Pilatum, & coram eo vultu benigno, oculisque demissis stetit. Cumque falsò à Judæis acusaretur, humiliter tacuit, nihil respondens.

Articulus XIV.

Dulcis Iesus, ligatus ut latro, missus est à Pilato ad Herodem: qui Herodes videns eum ad varias suas interrogationes, & ad falsas Iudæorum accusationes sapienter silentem, sprevit illum, ac veste alba ridiculaque tamquam fatuum induit, atque ita ad Pilatum remisit. Et ego posthac paratus pro ejus amore esse debeo

con-

12.
Accusatio
in consilio
Caiphæ.
Colaphi
Kelan.

Sputis

Convitia

13.
Ductus
ad Pilatum14.
Herodes
illudis
ChristiVeste
alba induit
tam ad
Pilatum
remisit

ARTICULI
LIVITAE
CUIUS

contemni atque opprobriis affi-
ci. Amabilis Dominus pro vo-
luntate inimicorum suorum pro-
grediebatur & regrediebatur sine
contradictione, permittens ut in
se facerent quidquid volebant.
O quàm humilis obedientia &
patientia Regis æterni.

Articulus XV.

15.
Magella-
tio ad co-
lumnam.

Dulcis Iesus in Prætorio nu-
datur, & ad columnam inclemen-
ter ligatur, flagrisque crudelissimè
dilaceratur pro me. Virginea de-
licataque caro ejus tota livoribus
ac plagis deformatur, & ex ea ri-
vuli pretiosi sanguinis undique
in terram decurrunt. O quàm a-
cerbi dolores, & quàm miseran-
dum spectaculum! Verè ille vul-
neratus est propter iniquitates
nostras, attritus est propter scele-
ra nostra, & livore ejus sanati su-
mus.

Articulus XVI.

16.
Oblamys
soccinea.
Corona
de spinis.

Dulcis Iesus chlamyde coccine-
a ad majus opprobrium vesti-
tur. Corona spinea venerando
capiti ejus imprimitur: sicque ca-
pite graviter fauciato, purissimus
sanguis in amabilem faciem col-
lumque illius ubertim defluit.
Ponitur arundo in manu ejus, &
ipse nugatoriè salutatur adora-
turque. Percutitur arundine, con-
spuitur, & diras alapas accipit
propter me.

Articulus XVII.

17.
Ecce ho-
mo.

Dulcis Iesus foras à Pilato pro-
ducitur, & furentibus Iudæis spe-
ctandus exhibetur, coronam spi-
neam purpureamque vestimen-

tum gestans. At illi magnis vo-
cibus petunt ut crucifigatur. Ca-
put spinis obfitum, facies cruore
tincta & consputa, corpus flagris
conscissum, humilis ac placidus
aspectus Domini Iesu non emol-
liunt eos ad miserationem. Uti-
nam moveant me ad intimam
compassionem & ardentem dile-
ctionem!

Articulus XVIII.

Dulcis Iesus morti à Pilato ad-
judicatur, & voluntati Iudæorū
traditur. Mox ergo eum illi ra-
piunt, & indutum vestimentis
suis, trabeque crucis oneratum,
extra civitatem pertrahunt. Sua-
vis Dominus laceris humeris cru-
cem bajulans propellitur, cædi-
tur, acceleratur. Amabilis Re-
demptor factus opprobrium ho-
minum, & abjectio plebis, humi-
liter graditur, pergitque ad Cal-
variæ locum. O quantum eum
gravat & affligit pondus crucis,
magis verò pondus peccatorum
meorum! Sed ipse causâ salutis
meæ omnem laborem & dolo-
rem, omnemque confusionem li-
benter tolerat.

Articulus XIX.

Dulcis Iesus, in montem Cal-
variæ fessus & anhelus perveni-
ens, oblatum sibi vinum myrrha-
tum cum felle mistum gustare nō
recusat: ut hac potus amaritudine
expiet culpas, quas ego inconti-
nenter edendo ac bibendo con-
traxi. O qualis refectio Domini
mei! Jam ergo vitiosis gulæ ille-
cebris & delectationibus, omni-

Postulatur ad
crucem.

18.
Morti
adjudi-
catur.

Crucem
bajulat.

ad Cal-
variæ lo-
cum.

19.
Vinum
myrrha-
tum cum
felle.

Articu-
ly vitæ
curator

que ingluviei sponte propter il-
lum renuntiare debeo.

Articulus XX.

20.
Nudatur
Iesus.

Dulcis Iesus in loco Calvariæ
dedecorosè nudatur, & ex vesti-
mentorum detractione, plagæ e-
jus renovantur. Ipse mitis & in-
nocens agnus Dei inclementer à
sævis hominibus in cruce exten-
ditur. Delicatæ manus & incon-
taminati pedes ejus diris clavis
malleo impulsis crudeliter perfor-
rantur. Compages sanctissimo-
rum membrorum illius miserabi-
liter solvuntur. Purpureus san-
guis è Vulneribus sacris, velut è
fontibus largiter profluit. O quã
durum habet lectum sponfus ani-
mæ meæ, extentus in cruce, cru-
ciq̃ue affixus pro me! O quantum
odisse & detestari debeo peccata
mea, propter quæ Filius Dei tam
immania perfert tormenta! Ego
amore ejus qui amore mei sic affli-
ctus fuit, impuris voluptatibus
prorsus renuntio, & illi omnibus
diebus vitæ meæ in sanctitate ser-
vire propono.

Extendi-
tur in
cruce.
Perforan-
tur ma-
nus & pe-
des.
Disten-
ditur.
Fluenta
sangui-
gu.

Articulus XXI.

21.
Pendet
inter la-
trones.

Dulcis Iesus, pendens nudus in
ignominioso stipite crucis, pen-
dens medius inter duos latrones
transfixis manibus ac pedibus,
pretiosissimum cruorem fundit,
amarissimosq̃ue dolores sustinet
pro me. Subfannatur, blasphemii
q̃ue impetitur: sed orat pro
blasphemantibus, orat pro cruci-
fixoribus suis, dicens, *Pater, di-*

Orat pro
blasphem-
mantibus
se.

Latroni-
dat para-
ditum.

*mitte illis, non enim sciunt quid fa-
ciunt.* Latroni penitenti para-

ditum benignè promittit. Virgi-
næ matri juxta crucem astanti,
& afflictæ ac doloris gladio pe-
nerratæ, intimè compatitur, ip-
samq̃ue discipulo Joannicōmen-
dat, & eidem Joanni ac nobis
omnibus illam donat in matrem.

Joanni
Matrem
commen-
dat.

Articulus XXII.

Dulcis Iesus, cùm immensos
cruciatu tribus horis in cruce
pro me tolerasset, ac sacrosancto
Sanguine suo fuso vehementissi-
mè sitiret, aceto potatus est. Quo
gultato, ipse vivificator omnium
caput venerandum inclinans, e-
misit spiritum.

22.
Sicut

Aceto
potatus
Martha

Articulus XXIII.

Dulcis Iesus, pastor bonus, po-
suit animam suam pro ovibus. Et
dextrum latus emortui corporis
ejus, lanceâ fuit apertum, unde
nobis profluxit sanguis & aqua.
Amorosum cor illius vulneratum
est pro me. Utinam hoc cor sua-
vissimum, hoc amœnum beatitu-
dinis gazophylacium, sit mihi in
morte salus ac solatium, & post
mortem æternum domicilium!

23.
Vulnus
lateris.

Exit
qua
sanguis

Articulus XXIV.

Dulcis Iesus mortuus est pro
me. Ejus corpus immaculatum
de cruce depositum, beatissima
mater ipsius in gremium suum
excepit, osculata est, lacrymis ri-
gavit. Quod deinde Joseph &
Nicodemus involverunt in sin-
done munda, atque condiderunt
in sepulchro.

24.
Depos-
itur in se-
pulchrum
munda

Sepe
lino

Articulus XXV.

Dulcis Iesus, victor è clauso si-
gillatoq̃ue sepulchro tertia die

25.
Surgit
morte

pro-

ARTICU-
LI VITÆ
CHRISTI

Apparet
Matri.
Magda-
lena.
Discipu-
lis.

26.
Ascensio
in celum

Oratio
medita-
tioni sub-
iungitur

prodiens, nobilitriumpho resur-
rexit à mortuis : & claritate se-
renissimi vultus sui reddita, pri-
mò charissimam matrem suam
virginem Mariam ; deinde Ma-
riam Magdalenam ac ceteros a-
micos suos novo perfudit gau-
dio.

Articulus XXVI.

Dulcis Iesus, quadragesimo
post resurrectionem suam die,
coram discipulis ineffabili læti-
tia perfusus, gloriose ascendit in
cælum ; ubi sedet ad dexteram Pa-
tris, benedictus in sæcula sæculo-
rum, Amen.

*Post meditationem poteris hæc
aut similia precari.*

O FILII Dei vivi, fili virginis
Mariæ, melliflue Rex glo-
riæ : O vivificans gemma divinæ
nobilitatis, immarcescibilis flos
dignitatis humanæ, superlucide
sol iustitiæ ? O paradise delicia-
rum, dulcedo cordis mei, vita
animæ meæ Jesu Christe, tu sic
dilexisti me. Tu ex immensa cha-
ritate istud (vel) ista fecisti, ista hu-
millimè, patientissimè & beni-
gnissimè pertulisti pro me. Quid
retribuam tibi ? Adoro te, laudo
te, glorifico te, benedico & gra-
tias ago tibi sicut possum. Mife-
rere mei Domine, miserere mei
pauperrimi figmenti tui. Propter
bonitatem tuam, propter istam

pietatem tuam dele omnia pecca-
ta mea. Mortifica in me & aufer
à me quidquid tibi displicet. Da
ut conformis tibi sim, & sanctas
virtutes tuas totâ diligentia imi-
ter pro modulo meo. Effice me
humilem, & resignatum, & con-
tinentem ; effice me hominem
secundum cor tuum. Commen-
do tibi miseros peccatores. Ad-
esto omnibus vivis, & fidelibus
defunctis, Amen.

*Vel si magis libeat post singulos
Articulos adjicere aut rumi-
nare hæc verba, poteris
id facere.*

Laus perennis & gratiarum a-
ctio Jesu Christo Dei Filio,
Redemptori meo charissimo. Ve-
rè illius erga me pietas, fidelitas
& charitas penitus immensa est.
O utinam ipse me perfectè emun-
daret, sanaret atque illuminaret !
Utinam sui amore me profus
inflammaret, sibi que per omnia
placentem redderet ! Fiat semper
in me & de me gratissima volun-
tas ejus, Amen.

Aut etiam Jesum ita salutabis.

Ave dulcis Jesu, sponse flori-
de, Fili Dei vivi. Tu es lux
mea, Deus meus, & perenne bo-
num meum : tibi gloria in sæcu-
la sæculorum, Amen.

HLUDO-

HLVDOWICI BLOSII MARGARITI SPIRITUALIS PARS SEXTA.

SIVE

DIVINI AMORIS IGNIARIOLVM CUM EXERCITIOLIS VARIIS PIARUM PRECATIONUM.

§ I.

*Dulcis consideratio magnitudinis
Dei, & propriae parvitas, itemq;
fidelitatis Dei, & propria infide-
litas.*

1. Dei magnitudo, & nostra parvitas.
2. Dei fidelitas & beneficentia collata cum no-
stra ingratitude.
3. Propositum emendationis futurae, ex hac
collatione elicatum.

1.
Conside-
ratio ma-
jestatis
divinae;



Deus meus, Rex
est saeculorum,
& Dominus su-
mae majestatis,
summæque o-
pulentiae nobi-
litas & excel-
lentiae: altissimus, incompre-
hensibilis, omnipotens & aeter-
nus est. Caelum & terram, & ce-
tera omnia de nihilo creavit; crea-

taque conservat, regit, ac mo-
deratur sine labore. Lucem in-
habitat inaccessibilem, & ta-
men ubique praesens ac totus est,
visibilemque hunc mundum in-
visibiliter implet. Omnia clarif-
simè videt, & ipsas quoque cor-
dium cogitationes, intentiones
atque affectiones omnes conside-
rat. Omnia perfectissimè cogno-
scit, praeterita, praesentia & futu-
ra. Magnitudinis ejus, sapientiae
ejus, dignitatis & gloriae ejus nul-
lus est finis. Ipse est summè san-
ctus, summè pulcher, summè sua-
vis, summè bonus, clemens & mi-
sericors. Ipse est benedictus, &
laudabilis, & gloriosus, & super-
exaltatus in saecula. Ego verò vi-
lissimus vermis sum; peccator
sum

Pl. 146

D. 11. 6

E. nostra
parvitas
in.

MIVINE
AMORIS
IGNIA-
BIOLUM
sum immundus, & indignus, quæ terra sustineat. Pulvis sum & cinis, pauper & inops, infirmus & miser. Nihil possum, nihil habeo, nihil sum ex me. O! quis ille, & quis ego?

2. Deus meus mihi semper fidelis fuit: ab æterno me purissimè dilexit. Gratuita pietate suâ fecit me creaturam rationalem, insigniēs animam meam nobilissimâ elegantissimâque imagine suâ. Voluit me nasci in Ecclesia sua sancta, & rectam Christianamque fidem mihi dedit. O stupenda, ô amorosa & amorosè recolenda ejus miseratio! Excelsus ille Deus indicibili charitatis dulcore penetratus ac victus, naturam meam suscepit, & homo factus est Deus meus, factus est frater meus, ne ego exfors supernæ hereditatis remanerem, & in æternū perirem. Triginta tribus annis laborans in terra, salutem meam studiosissimè peregit. Mei causâ pretiosum Sanguinem suum ad extremam usque guttulam fudit. Injurias, contemptum, opprobria, diros cruciatus, & ignominiosam mortem crucis patienter libenterque pro me pertulit. Tam specialiter pro me omnia illa fecit atque passus est, ac si solus ego redimi debuissem. Sic igitur, sic amabilis Dominus meus me redemit: sic felicitatem & beatitudinem æternam, quam perdidērā, mihi recuperavit. O! quomodo amavit me? Cùm ab eo aversus essem, diu longanimiterque peccantem susti-

nuit: multis intereā modis me ad se revocans. Et tandem mihi per gratiam ejus converso, clementer remisit peccata mea, quæ innumera gravissimaque erant. Sed & quotidie me sæpius cadentem misericorditer erigit, atque ad se revertentem, culpamque agnoscentem benignissimè recipit, emundat ac sanat. Docet, dirigit, adjuvatque me incessanter, & sicut pupillam oculi sui custodit. Ipsam dulcissimam Genitricem suam virginem Mariam, mihi in matrem, advocatam, & consolatricem, auxiliatricemque donavit. Insuper nobilissimo Principi Angelo suo custodiam mei mandavit. Ita mei curam gerit, quasi solus essem in toto orbe terrarum. Æstuantissimo salutis meæ desiderio tenetur, & tam adversa quàm prospera omnia mihi in bonum convertere cupit ac nititur. Nihil obliviscitur eorum quæpiè ad honorem ejus (ipso adjuvante) ago, loquor, audio, lego, meditor, oro, desidero, & ne minimam quidem cogitationem bonam ex bona voluntate prodeuntem perire sinit: sed omnia illa mihi fidelissimè asservat apud se, licet ea nimis imperfectè & indignè à me fiant. Animam meam gratia visitationeque sua, & excellentissimo altaris Sacramento mirè pascit, consolatur ac recreat: corpusculum etiam rebus necessariis fovet. Innumera, prorsus beneficia mihi præstitit, & adhuc lingulis præstat momentis, ineffa-

quemque
collata.
Expectatio.
Conversio.

Manuten-
tio.

Illustra-
tio.

Patrocinium Vir-
ginis &
Angeli
custodiam.

Prospere
& adver-
sa, à bono
Deo.

Retribu-
tio ope-
rum.

Crebra
visitatio
internæ
& Sacra-
menta &
auxilia
corporalia.

DIVINI AMORIS IGNIA-RIOLUM Promissa in celo gloria. bilemque benevolentiam ostendit. Denique, lucidissimum, amoenissimum & gloriosissimum Regnum suum mihi promisit, in quo vult me sui fruitione perenniter gaudere.

Non vult beatus esse sine me, si ego ei servire, atque in ejus amore perseverare volo. Ah! nulla umquam mater tam tenerè dilexit unicum filium suum, quam tenerè ille me diligit. Amor ejus erga me dulcissimus, ardentissimus, immensus, & planè * intemperans est. Sed ego, heu! mala pro bonis perversè reddens, infidelis & ingratus ei semper fui, & adhuc sum: nam & gratiam ejus multis modis in me impedio, ac dona destruo. O quanta est illius erga me fidelitas! & quanta mea erga eum infidelitas!

3. Verè dignum & justum est, ut ego post hac Deo meo humillimè me submittam, & ingentem reverentiam ac venerationem illi exhibeam, eumque ex toto corde meo diligam, & me funditus semper contemnam atque resignem: justum est, ut coram illo, qui mihi ubique præsens est, & coram sanctis Angelis ejus, pudicè, innocenter ac purè vivam. Hanc gratiam ipse mihi conferre dignetur, ad æternam laudem

nominis sui, Amen.

S. I I.

Joannes Rusbrochius laudat exercitium procedens.

1. Superioris exercitia excellentia.
2. Exercitium crebrum actuum amoris prestat omnium aliarum virtutum exercitiis.

AMOROSA consideratio magnitudinis Dei, & fidelitatis ejus erga nos, nostræ item parvitas, & erga Deum infidelitatis, tam est jucunda atque utilis, ut vehementer admirer nos umquam posse ejus oblivisci. Sane nullam aliud est exercitium (quod ipse noverim) fructuosius ad pertingendum ad veram humilitatem & resignationem. Si verò per hoc exercitium numquam fortè, durante hac vita, èd pervenerimus, ut vitis funditus moriamur, ac nos ipsos perfectè contemnamus; nec sic tamen illud debemus deserere: id enim ipsum maxime utilitatem semper nobis afferet. Certè nos per illud & per gratiam Dei proficiemus in vera charitate, atque ita aptiores propensioresque ad nostri despectionem & resignationem red-demur. Charitas enim humilitatis mater est. Quare, qui perfectè humilis esse concupiscit, discat perfectè amare Deum.

Quantum in nobis augetur amor erga Deum seu vera charitas, tantum in nobis crescit nostri vilipensio, ac sancta illa animi depressio, quam nos coram divina majestatem de jicimus at pernamurque.

* Si

* Sive supra modum, & mensuram magnam. Nostra pro hu omnibus ingrati-tudo.

3. Propositum amoris ex hac comparatione ad emendationem vita.

1. Exerci-tium paulatim utilitas.

2. Exerci-tium de vitiis amorem virtutum exercitiis longe prestat.

DIVINI
 AMORIS
 IGNIA-
 RIOLUM
 *ACTU
 charita-
 tis cre-
 ber us-
 fus com-
 menda-
 tur ob
 uberes
 fructus.

Si * eximius fervor divinæ cha-
 ritatis interiora nostra occupa-
 ret, facile nobis persuaderemus,
 neminem umquā nos posse satis
 contemnere & affligere, etiam si
 pati possem⁹ omnia, quæ creature
 omnes umquā pertulerunt. Cha-
 ritas meritò virtutum Regina ap-
 pellatur. Præclarum quidem est,
 exercere virtutes propter Deum;
 sed amorem erga Deum exercere,
 præclarius est. Amor enim com-
 pendiosissima via est ad Deum: at-
 que eam ob rem illi ut plurimum
 devoti & affectuosi redduntur,
 qui amorem magis exercent, quā
 virtutes alias aut virtutum actio-
 nes. Porro omnes veniales cul-
 pæ eorum, qui resignati atq; cum
 Deo in amore colligati sunt, faci-
 le remittuntur aboleruntq;. Quid-
 quid, inquam, tales in hac mise-
 riæ valle delinquunt, id totum
 amor & introversio consumit at-
 que exurit: virtutes namque &
 bona facta eorum sunt innumera.

§. III.

fructuosa consideratio bonorum & gaudiorum celestis Paradisi.

Suaves aspirationes animæ ad patriam celestis beatitudinis anhelantis per Exclamationes novem.

Prima
 Exclam.a
 tio ani-
 mæ in pa-
 radisi
 gaudii
 recogitan-
 du;

Psal. 83

PARADISUS, patria mea cæle-
 stis est, patria dulcis & ama-
 bilis, vera & sola patria. Ibi est
 omne bonum. Ibi gloriosa, ful-
 gida & semper tranquilla Trini-
 tas seipsam Beatis omnibus clarè
 manifestat. Itaque melior ibi est

dies una super millia dierum hu-
 jus sæculi.

Paradisus, terra est promissio-
 nis, & regio immortalitatis, re-
 gio claritatis immensæ. Ibi est
 fons vitæ, & lumen æternum. Ibi
 Deus ipse, qui est lux increata &
 summè serena atque delectabilis,
 Sanctos suos amicabiliter illu-
 strat. Ibi omnium affectū & amo-
 rem dulcissimè in se trahit, omnes
 seipso beatificè implet ac satiat, &
 est omnia in omnibus.

Paradisus ager est perennium
 deliciarum. Ibi ver amœnissimū,
 & æstas gratissima perpetuò ma-
 net. Ibi inæstimabile cinnamo-
 mum & balsamum suavissimè
 fragrat. Ibi immarcescibiles rosæ,
 lilia & omnigenæ flores, in om-
 ne ævum perdurant. Ibi excel-
 lentissimè sunt, quæcumque cor-
 di humano placere possunt. Pla-
 nè minutissimum granum illius
 agri in infinitum superat quid-
 quid in hoc mundo pulchrum,
 dulce, jucundum & amabile es-
 se videtur.

Paradisus, gloriosum est reg-
 num cælorum. Ibi est ingens il-
 lud præmium, quod oculus non
 vidit, nec auris audivit, nec in cor
 hominis ascendit. Ibi verum ple-
 numque gaudium sine fine conti-
 num est. Ibi vox exultationis &
 dulce Alleluja semper resonat.
 Ibi canticorum organorumque
 inenarrabilis melodia jugiter au-
 ditur, & sempiterna solemnitas
 agitur. Ibi Beati omnes sine de-
 fatigatione Deum laudant in sæ-

D d 2

cu-

Secunda,

Tertia,

Quarta,

1. Cor. 2

DIVINI
AMORIS
TENIA-
RIOLUM

Quinta,

2 Gal. 35.

Sexta,

Septima.

Octava.

cula sæculorum. Ibi divitiæ & delectationes omnigenæ abundant.

In paradiso pax est imperturbabilis, omnem sensum exuperans: & requies beata, omnem intellectum excedens. Ibi sancti omnes torrente divinæ voluptatis assidue potantur, & præ deliciarum affluentia dulcissime in Deum colliquefcunt: nam clara perenni que contemplatione melliflui vultus Dei donati sunt.

In cælesti Jerusalem omnes cives Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum summè appetibilem Deum ardentissime diligunt, & ejus suavissimis amplexibus pro voto semper fruuntur. Deo perfecte uniti, atque in eum feliciter absorpti sunt, & incretam ejus bonitatem dulcedinemque plenissime gustant. Deum intra se possident, & ab eo amorosissime possidentur.

In supernâ Dei civitate, dulce nimis est familiariter vivere & conversari cum Domino Jesu, & cum sanctissima ejus genitrice virgine Maria. Dulce est, æternam societatem habere cum amabilibus splendidisque spiritibus Angelicis. Dulcis valde est humilitas, concordia, & charitas mutua omnium Beatorum. O quam gratiosa, quam læta, quam numerosa est cælestis illa familia Dei!

In lucidissimo templo, & admirabili domo Domini, beatitudo Sanctorum abundantissima

est. Eorum claritas, pulchritudo, honestas, lætitia, potestas, opulentia, & gloria, prorsus est ineffabilis atque incomprehensibilis. Omnes ibi florida juventute gaudent: omnes sunt filii Dei, & præcellentes immortalesque Reges ac Reginæ.

Benignissimus Jesus, pro im-
mensa pietate & misericordia sua, dignetur me miserum admittere ad cælestem illam hereditatē, quam ipse pretioso Sanguine suo, vitalique morte sua mihi comparavit: dignetur me perducere ad seipsum, qui est summum & incommutabile bonum meum, Amen.

S. IV.

Beatus Augustinus suspirat ad cæli gaudia.

Tri-
in
149.

Quanta fiducia custodire debeamus possessionem æternæ beatitudinis, pro qua vobis commendat Christus Sanguinem dedit.

Suspiria
ad vultu
beatiss
dicitur
versat
quar
Lament
Christi
mortal
est.

Et suspiremus, & de suspirio Egemamus: exæstuet anima nostra beatę illius visionis & sanctę pacis desiderio. Quid verò sumus, ut tantum bonum accipiamus? Mortales, projecti, abjecti, terra & cinis. Sed numquid pro minimo habet Deus hominem, propter quem incarnari & mori voluit unicum Filium suū? Attendamus ad judicium dilectionis. Tenemus mortem Christi, tenemus Sanguinem Christi. Erigat ergo se humana fragilitas; non desperet, non se collidat.

non

DIVINI
AMORIS
IGNIA-
MOLUM

non se avertat. Non dicat: Non
ibi ero. Qui promisit, Deus est: &
venit vt promitteret, apparuit
hominibus, venit suscipere mor-
tem nostram, promittere vitam
suam. Promisit nobis, quodd ibi
futuri sumus unde venit, & ait:
Pater, volo ut ubi sum ego, & ipsi
sint mecum. Tanta præcessit di-
lectio, & tam benigna promissio.
Quid tibi promisit Deus, o homo
mortalis? Quia victurus es cum
eo in æternum. Non credis? Cre-
de, crede. Plus est quodd jam fecit,
quàm quodd promisit. Quid fecit?
Mortuus est pro te. Quid promi-
sit? Ut vivas cum illo. Incredi-
bilis est quodd mortuus sit æter-
nus, quàm quodd in æternum vi-
vat mortalis. Jam quodd incredi-
bilis est tenemus. Speremus er-
go, amemus, desideremus, ut cum
venerit quodd credimus & non vi-
demus, sine fine gaudeamus.

S. V.

*Verba admodum amorosa, quæ com-
mendata memoria, & devotè ru-
minata, animam Deo suaviter
conjungunt.*

Aspira-
tiones ad
Iesum Chris-
ti amo-
rem.

DULCIS & amabilis Iesus mi-
hi præsens est: ego illi reve-
renter & amanter intendere de-
beo.

O utinam ipse me pretioso fan-
guine suo ablueret, perfecteque
emundaret ac sanaret, & splen-
dore gratiæ suæ illustraret!

O si vulneret cor meum inti-
mè, & hoc prorsus emolliret, atq;

inebriaret melliflua charitate!

O utinam totus arderem, to-
tus concremarer, & liquefierem
igne amoris ejus.

Peto, opto, desidero, ut Rex il-
le cælestis, qui dignatur sponsus
esse animæ meæ, dignetur etiam
me sibi placentem reddere. Amen.

Alia.

JESUS dulcedo cordium,
Fons veri, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.

Jesus sole lucidior,
Et balsamo suavior,
Omni dulcore dulcior,
Et cunctis amabilior.

Jesus decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cælicum.

Bonum mihi diligere
Iesum, nil ultra quærere,
Mihi prorsus deficere,
Ut illi queam vivere.

Amor Iesu me afficit,
Ejus dolor me reficit:
In hunc mens mea deficit,
Solut amanti sufficit.

O beatum incendium!
O ardens desiderium!
O dulce refrigerium
Amare Dei Filium!

Hic amor ardet dulciter,
Dulcescit mirabiliter,
Sapit delectabiliter,
Et delectat feliciter.

Quàm grata, quàm vernantia,
Quàm mellita, quàm fulgida

*Exclama-
tiones
rhythmicæ
ad Iesum*

DIVINI Sunt Christi Iesu Vulnera:
AMORIS Hunc decet laus per sæcula. A-
IG. IA- men.
RIOLUM

ab insidiis inimici semper securus
sim! Amen.

Alia

*Saluta-
tione ad
Christi
veneran-
da quinq;
Vulnera:
* Vul-
nus sa-
crū pe-
dis dex-
tri.
* fini-
stræ;*

Alia.
Humiliter, & qua possum de-
votione, osculor roseum
Vulnus dextri * pedis Iesu: atque
hic peto plenam veniam peccato-
rum meorum, ut Domino placeā.

Humiliter, & qua possum de-
votione, osculor roseum Vulnus
sinistri pedis * Iesu: atque hic pe-
to veram perfectamque innocen-
tiam, ut Domino placeam.

** Ma-
nus dex-
træ;*

Humiliter, & qua possum de-
votione, osculor floridum Vul-
nus dextræ * manus Iesu: atque
hic peto ornatum sanctarum vir-
tutum; ut Domino placeam.

** fini-
stræ;*

Humiliter, & qua possum de-
votione, osculor floridum Vul-
nus sinistrae * manus Iesu: atque
hic peto internam illuminatio-
nem, ut Domino placeam.

** Sacri
lateris.*

Humiliter, & qua possum de-
votione, osculor amorosum Vul-
nus sacri * lateris Iesu. O splen-
dida paradisi porta! ô conclave
miræ fragrantiae! ô fons totius
suavitatis! Saluto, veneror, &
rursum osculor hoc Vulnus mel-
lissimum, atque hic peto inextin-
guibilem divinæ charitatis ardo-
rem, ut Domino placeam.

Precatio.

Utinam dulcis Iesus dignissi-
ma Vulnera sua cordi meo inscri-
bat! Utinam per illa me totum
purificet, sui que amore prorsus
accendat & inebriet! Utinam mi-
hi concedat, ut in eisdem beatis
Vulneribus sanctè commorer, &

Jesus est pius, clemens & be-
nignus Dominus Deus meus.
Iesus spes mea, refugium meū,
& salus mea est.

Iesus totus est pulcher & flori-
dus, totus amabilis & delide-
rabilis.

Iesus mihi charissimus, & dile-
ctus meus unicus, verusque con-
solator est.

Iesus amor meus, gaudium
meum, deliciae atque divitiæ meę.

Iesus lux mea fulgentissima,
lux valde venusta, & valde dele-
ctabilis.

Iesus serena tranquillaque me-
ridies, mansio jucunda ac segura,
& pax mea suavis.

Iesus mellissimus Rex gloriae,
dulcedo cordis mei, & vita ani-
mæ meæ.

Iesus superlucidus Sol justitię,
paradisus amenissima, summum
& perenne bonum meum. Ipsi
gloria in sæcula sæculorū. Amen.

Alia.

Deus est clarissima, jucundis-
sima, & deliciosissima abyf-
sus.

Ipse est summè pulcher, sum-
mè suavis, summè amabilis.

Charitas ejus, dulcedo ejus,
pietas & benignitas ejus immen-
sa est atque incomprehensibilis.

Ipsi laus, honor & gloria in
sempiterna sæcula. Amen.

Alia.

Alia.

PIAF
PRECA-
TIONES.
Lauda-
tio dul-
cissime
Virginie
Mariæ.

MARIA Virgo gratiosa, ma-
ter Dei, Regina cæli, Do-
mina mundi gloriosa, servos suos
mirificè exhilarat. Ipsa est præ-
fulgida lætitiæ aurora : ipsa est
hortus amœnissimè vernans, ple-
nus cæli deliciis.

Maria omnium est speciosissi-
ma, omnium purissima, atque di-
gnissima. Tota pulchra est & tua-
vis, tota serena & amabilis.

Maria sole clarior est, filios gra-
tiæ amanter illustrat. Grata fra-
grantia superat myrrham, thus,
balsamum; superat violas, Lilia,
rosas.

Maria verè mitis & pia, verè
clemens & benigna mater mea
est. In omni necessitate mihi cha-
rum est refugium, præsens adju-
trix, & dulcissima consolatrix.
Ipsi honor in sæcula. Amen.

*Exercitium amoris excellentissi-
mum utilissimumq; est, sine quo ne-
mo ad veram sui mortificationem,
atq; resignationem facile peringit.*

§. VI.

EXERCITIOLA QUÆDAM
PIARUM PRECATIO-
NUM.*Ad varios pro rebus variis.*

AD JESUM.

Oratio
pro inno-
centia ob-
tinenda.

OPIE, ô clemens, ô beni-
gne Redemptor! O spes
mea, refugium meum, & sa-
lus mea! ô consolator meus, for-

titudo mea, Deus meus! Jesu bo-
ne, miserere, miserere, miserere
mei pauperis & egeni. Adiuva
me infirmum & invalidum. Pro-
pitius esto mihi vilissimo pecca-
tori. Ego ingratus & immundus,
contituo me infra omnes homi-
nes & omnem creaturam : indi-
gnus enim sum quem terra susti-
neat. Eja Christe leu lava me in
Sanguine tuo pretioso. Dele om-
nia peccata mea. Emunda, sana,
& sanctifica me perfectè. Respon-
de, satisfac & supple pro me ple-
nissimè. Restitue mihi sanctam
innocentiam quam in Baptismo
contulisti. Doce, illumina, & di-
rige me in omnibus, ut semper fa-
ciam voluntatem tuam. Mi Jesu,
ego attendere cupio rosea Vulne-
ra tua. Gratias ago pro eis: salu-
to & veneror illa. Salvete, salve-
te, fulgentes plagæ Regis æterni.
Salve mellissimum cor amatoris
mei pro me vulneratum: esto mi-
hi nunc & in hora mortis meæ
munimentum atque solacium, A-
men.

O Domine, mortifica in me
omne vitium, omnemque inordi-
natam proprietatem. Effice me
verè humilem, & resignatum &
continentem; effice me hominem
secundùm cor tuum. Ecce, relin-
quo me totum tuo beneplacito.
Fiat in me & de me gratissima vo-
luntas tua nunc & in æternum.
Offero me ad sustinendum pro
tui amore, & pro peccatis meis,
quidquid volueris. Conforta me
gratia tua: quia ex me nihil pos-
sum,

*Pro resi-
gnatione
& cha-
ritate.*

PIA
PRECA-
TIONES.

sum, nihil sum. Omnes homines sincera charitate complecti desidero, & complector. Benedic & benefac his qui me umquam afflixerunt vel gravarunt. O dilecte mi, quid volo præter te? Tu mihi sufficis, & ego renuntio omnibus extra te. Vulnera, quæso, vulnera cor meum tui amore. Da ut purissimè atque ardentissimè diligam te. Obsecro accende me, concrema me, liquefac me totum. Commendo tibi finem vitæ meæ: commendo miseros peccatores. Adesto omnibus vivis, & fidelibus defunctis. Amen.

AD MARIAM.

saluta-
tio ad B.
Mariam.

OMNIA Virgo gratiosa, virgo suavissima & decora! ô clemens, ô pia, ô dulcis mater! miserere mei pauperis tui. Tu es spes mea, refugium meum, & consolatrix mea. Ego te saluto, te veneror, te invoco. Ave sidus pulchre rutilans, rosa valde venusta, candidum liliū Trinitatis. Tu benedicta peperisti Filium Dei, & eum virgineis uberibus tuis lactasti: tua dignitas profus ineffabilis est. Eja Domina, impetra mihi plenam veniam & sanctam gratiam. Dirige, adjuva, & protege me in omnibus. Ostende quæ & quomodo pergere debeo. Doce me humilitatem, patientiam & charitatem veram: ut sim homo secundum cor Dei. Commendo tibi finem vitæ meæ: commendo miseros peccatores. Ora pro om-

Ora pro
virtuti-
bus.

nibus vivis, & pro fidelibus defunctis. Amen.

AD SANCTOS,

AVE chare Dei Apostole N. Ave sancte Angele Dei, Princeps nobilis, custos meus fidelis. Avete amabiles sponsæ Christi N. N. N. Avete Sancti Sanctæque Dei omnes, & beati spiritus Angelici. Gratias ago Domino qui vos elegit, & in suis benedictionibus prævenit, atque glorificavit. Eja impetrate mihi hanc gratiam, ut sim homo secundum cor Dei. Commendo vobis finem vitæ meæ, commendo miseros peccatores. Orate pro omnibus vivis, & pro fidelibus defunctis. Amen.

saluta-
tio ad San-
ctos pro
eiusque
devotio-
ne nomi-
nandis.

IN FESTO CUJUSLIBET SANCTI.

AVE vernans flos cæli, & gloriose civis paradisi beate N. Gratias ago Domino pro omnibus bonis quæ in te contulit. Glorifico illum, & tibi in augmentum gaudii & gloriæ offero totius boni, totiusque beatitudinis gazophylacium, cor Jesu Christi mellissimum. Eja obtrine mihi, ut Domino placeam. Commendo tibi finem vitæ meæ, commendo miseros peccatores. Ora pro omnibus vivis, & pro fidelibus defunctis, Amen.

Ora pro
fidelibus
defunctis.

Circa

PIA
EXCA-
TIONES.

Circa susceptionem & in susceptione sacra Eucharistiae, adspira ad Deum, & dic mente:

Oratio
ante Eu-
charistia
commu-
nionem.

AUFER à me, piè Jesu, quidquid tibi displicet. Præpara tibi gratam & amœnam habitationem in me. Exorna me in opem tuis meritis ac virtutibus. Effice me hominem secundum cor tuum. Amen.

O bone Jesu, dilecte mi, charissime mi! O amor meus unice, dulcedo cordis mei, vita animæ meæ! O Jesu melliflue! miserere mei: uni me tibi intimè ad gloriam Nominis tui. Amen.

Quando in peccatum vel defectum notabilem incidisti, aut etiam vespere post examinationem conscientie, seu quocumque alio tempore, potes DOMINO JESU dicere:

Amato-
ria & pre-
catoria
suspici-
pro defe-
ctuum e-
menda-
tione.

ENI Domine Jesu! peccavi, malum coram te feci. Miserere mei, obsecro, miserere mei, quia pius es & clemens: tibi proprium est misereri semper, & parere humiliantibus se. Culpam agnosco, & veniam peto. Ablue me purissimo Sanguine tuo. Dele omnes maculas quas contraxi. Ego omnia peccata mea omnesque defectus meos depono in cruenta Vulnera tua, & proficio in abyssum misericordiæ tuæ, sperans & confidens in immensa bonitate tua. Responde & satisfac pro me plenissimè. Propono, te adjuvante, corrigere me. Renuntio propriæ voluntati & quæsi-

tionem: renuntio omni iniquitati atque inordinationi. Conforta & salva me Domine Deus meus. Amen.

Oblatio meritorum CHRISTI JESU & B. MARIE pro peccatis.

O Pater cælestis, ego in plenam emendationem, expiationem, atque satisfactionem pro omnibus delictis ac negligentis meis, & pro peccatis totius mundi, offero tibi prædilectum Filium tuum Dñm nostrum Jesum Christum, Offero sanctissimam conversationem, passionem & mortem illius. Offero labores, ærumnas, & cruciatus ejus, ac pretiosum Sanguinem ipsius. Offero merita beatissimæ virginis Mariæ, & omnium Sanctorum tuorum. Miserere mei Domine, miserere mei per ipsum Unigenitum tuum. Commendo tibi miseros peccatores. Adesto omnibus vivis, & fidelibus defunctis. Amen.

Fita &
moris
Christi
oblatis
pro pecc-
tis.

& beata
Mariæ &
omnium
Sanctorum.

BREVE ROSARIUM.

*Dictâ semel Oratione Dominicâ, Instru-
addes decies salutationem An-
gelicam: & pro conclusione ad-
junges has duas Precatiunculas.*

MISERERE mei, piè Jesu: miserere mei, suavis Maria. Auferte à me quidquid oculis vestris displicet. Commendo me vobis nunc & in hora mortis meæ. Ecce Domine mi, ego resigno me totum in tuum beneplacitum. Fiat in me & de me gratissima voluntas tua. Effice me

Conclu-
sionem
1.

E e ho.

PIAR
PRECA-
TIONES.
II. **hominem secundum cor tuum.**
Amen.

O bone Iesu, dulcis Iesu, pro-
pter amaram passionem mortem-
que tuam, da vivis veniam &
gratiam, da fidelibus defunctis re-
quiem lucemque sempiternam.
Amen.

*Moni-
uncula
de Rosa-
riolo.* **Poteris hoc spirituale seruum, ele-
gantibus Angelicisq; floribus com-
pactum, beatae virgini Mariae sa-
pius in signum purissimi amoris of-
ferre: admodum enim illi & Filio
ejus gratum est, si devota mente le-
gatur.**

S. VII.

SEX PSALMI

MIRÆ SUAVITATIS
ET VIRTUTIS.

*Est collectaneum ex variis Davi-
dici Psalmis.*

*Stopus &
usu ho-
ru Psal-
morum
ex Davi-
de colle-
ctorum.* **U**t fidelis & Deo dedita ani-
ma in promptu haberet bre-
ve aliquod exercitium Psalmo-
diæ sacrae; complures versus, qui
cor pium ad laudem amorem-
que Dei dulcius allicere vide-
bantur, decerpi fuerunt hinc in-
de ex Psalterio Davidico, atque
in hos sex Psalmos digesti. Jam
quisquis eos sincera, humili at-
tentaque mente legerit aut rumi-
naverit, spiritualem lucem con-
solationemque, & copiosum fru-
ctum in illis inveniet. Nam Psal-
modia carmen caeleste est, cor pu-
rificans & exhilarans, atque in a-
nimam adducens quidquid ne-
cessarium est ad placendum Deo.

PSALMUS I.

MISERERE mei Deus, secun-
dum magnam misericor-
diam tuam. *Psalm.*

Er secundum multitudinem
miserationum tuarum, dele ini-
quiritatem meam.

Asperges me hyssopo, & mun-
dabor; lavabis me, & super ni-
vem dealabor.

Auditui meo dabis gaudium
& læticiam, & exultabunt ossa
humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis
meis, & omnes iniquitates meas
dele.

Cor mundum crea in me Deus,
& spiritum rectum innova in vis-
ceribus meis.

Ne projicias me à facie tua, &
spiritum sanctum tuum ne aufe-
ras à me.

Redde mihi læticiam salutaris
tui, & spiritu principali confir-
ma me.

Miserere mei Domine, quo-
niam ad te clamavi totâ die: læti-
fica animam servi tui, quoniam
ad te Domine animam levavi.

Quoniam tu Domine suavis &
mitis, & multæ misericordiæ
omnibus invocantibus te.

Intende voci orationis meæ,
Rex meus, & Deus meus.

Illustra faciem tuam super ser-
vum tuum, salvum me fac in mi-
sericordia tua: Domine non con-
fundar, quoniam invocavi te.

Exaudivit Dominus deprecæ-
tionem meam, Dominus oratio-
nem meam suscepit.

Can-

PIAE
PRECA-
TIONES.
103.

Cantabo Domino in vita mea:
psallam Deo meo quamdiu sum.
Iucundum sit ei eloquium me-
um: ego verò delectabor in Do-
mino.

Gloria Patri, & Filio, & Spiri-
tui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc
& semper, & in sæcula sæculo-
rum. Amen.

PSALMUS II.

Pfal. 103

Benedic anima mea Domino,
& omnia quæ intra me sunt,
nomini sancto ejus.

Benedic anima mea Domino,
& noli oblivisci omnes retribu-
tiones ejus.

Qui propitiatur omnibus ini-
quitatibus tuis, qui sanat omnes
infirmities tuas.

Qui redimit de interitu vitam
tuam: qui coronat te in miseri-
cordia & miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium
tuum: renovabitur ut aquilæ ju-
ventus tua.

17. Diligam te Domine fortitudo
mea: Dominus firmamentum
meum, & refugium meum, & li-
berator meus.

Deus meus adjutor meus, &
sperabo in eum.

Protector meus, & cornu salu-
tis meæ, & susceptor meus.

Laudans invocabo Dominum,
& ab inimicis meis salvus ero.

91. Bonum est confiteri Domino,
& pallere nomini tuo Altissime.

144. Exaltabo te Deus meus Rex:
& benedicam nomini tuo in sæ-
culum, & in sæculum sæculi.

Per singulos dies benedicam
tibi: & laudabo nomen tuum in
sæculum, & in sæculum sæcu-
li.

Magnus Dominus & laudabi-
lis nimis, & magnitudinis ejus
non est finis.

Suavis Dominus vniuersis: &
miserationes ejus super omnia o-
pera ejus.

Regnabit Dominus in sæcula, 145.
Deus tuus Sion in generationem
& generationem.

Gloria Patri, & Filio, & Spiri-
tui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc
& semper, & in sæcula sæculo-
rum. Amen.

PSALMUS III.

Benedic anima mea Domino: Pfal. 103
Domine Deus meus magnifi-
catus es vehementer.

Confessionem & decorem in-
duisti, amictus lumine sicut vesti-
mento.

Confitebor tibi Domine Deus 85.
meus in toto corde meo, & glori-
ficabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna
est super me, & eruisti animam
meam ex inferno inferiori.

Factus es susceptor meus, & re- 88.
fugium meum in die tribulatio-
nis meæ.

Deus meus es tu, & confitebor 117.
tibi: Deus meus es tu, & exal-
tabo te.

Tenuisti manum dexteram 72.
meam, & in voluntate tua dedu-
xisti

FIAS
PRECA-
TIONES.

xisti me, & cum gloria suscepi-
sti me.

Quid enim mihi est in cælo?
& à te quid volui super terram?

Defecit caro mea, & cor meum:
Deus cordis mei, & pars mea
Deus in æternum.

41. Quemadmodum desiderat cer-
vus ad fontes aquarum, ita desi-
derat anima mea ad te Deus.

26. Tibi dixit cor meum, Exquisi-
vit te facies mea: faciem tuam
Domine requiram.

72. Mihi autem adhærere Deo bo-
num est, ponere in Domino Deo
spem meam.

39. Exultent & lætentur super te
omnes quærentes te: & dicant
semper, Magnificetur Dominus,
qui diligunt salutare tuum.

71. Benedictus Dominus Deus Is-
raël, qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomen maje-
statis ejus in æternum, & replebi-
tur majestate ejus omnis terra:
fiat, fiat.

Gloria Patri, & Filio, & Spiri-
tui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc
& semper, & in sæcula sæculo-
rum. Amen.

PSALMUS IV.

Psal. 46. Omnes gentes plaudite mani-
bus, jubilate Deo in voce
exultationis.

Pfallite Deo nostro, pfallite:
pfallite Regi nostro, pfallite.

33. Quoniam Rex omnis terræ
Deus: pfallite sapienter.

Gustate, & videte quoniam
suavis est Dominus: beatus vir

qui sperat in eo.

Venite, exultemus Domino,
jubilemus Deo salutari nostro.

Præoccupemus faciem ejus in
confessione, & in psalmis jubile-
mus ei.

Quoniam Deus magnus Do-
minus, & Rex magnus super om-
nes deos.

Confitebor tibi Domine in to-
to corde meo, narrabo omnia mi-
rabilia tua.

Lætabor, & exultabo in te,
psallam nomini tuo Altissime.

Quoniam magnus es tu, & fa-
ciens mirabilia: tu es Deus solus.

Regnum tuum, regnum om-
nium sæculorum: & dominatio
tua in omni generatione & gene-
rationem.

Omnis terra adoret te, & psal-
lat tibi: psalmum dicat nomini
tuo.

Repleatur os meum laude: ut
cantem gloriam tuam, tota die
magnitudinem tuam.

Exultabunt labia mea cum
cantavero tibi, & anima mea
quam redemisti.

Laudationem Domini loque-
tur os meum: & benedicat om-
nis caro nomini sancto ejus in sæ-
culum, & in sæculum sæculi.

Gloria Patri, & Filio, & Spiri-
tui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc
& semper, & in sæcula sæculo-
rum. Amen.

PSALMUS V.

Lauda anima mea Dominum, Psal. 140
Laudabo Dominum in vita
mea,

PIAE
PRECA-
TIONES.mea, pfallam Deo meo quamdiu
fuero.& semper, & in sæcula sæculo-
rum. Amen.

P S A L M U S VI.

29. Exaltabo te Domine, quo-
niam suscepisti me, nec delectasti
inimicos meos super me.Lætatus sum in his quæ dicta Psal. 122
sunt mihi, In domum Domi-
ni ibimus.Domine Deus meus clamavi
ad te, & sanasti me.Quàm dilecta tabernacula tua 83.
Domine virtutum! concupiscit
& deficit anima mea in atria Do-
mini.99. Jubilate Deo omnis terra: ser-
vite Domino in lætitia.Cor meum & caro mea exulta-
verunt in Deum vivum.Introite in conspectu ejus, in
exultatione.Sitivit anima mea ad Deum 41.
fortem vivum: quando veniam
& apparebo ante faciem Dei?Laudate nomen ejus, quoniam
suavis est Dominus, in æternum
misericordia ejus, & usque in ge-
nerationem & generationem ve-
ritas ejus.Unam petii à Domino, hanc 26.
requiram, ut inhabitem in do-
mo Domini omnibus diebus vi-
tæ meæ:33. Accedite ad eum, & illumina-
mini: & facies vestræ non con-
fundentur.Ut videam voluptatem Domi-
ni, & visitem templum ejus.36. Dominus illuminatio mea, &
salus mea, quem timebo?Domine dilexi decorem do- 25.
mus tuæ, & locum habitationis
gloriæ tuæ.Dominus protector vitæ meæ,
à quo trepidabo?Beati, qui habitant in domo 83.
tua Domine, in sæcula sæculo-
rum laudabunt te.177. Fortitudo mea, & laus mea
Dominus, & factus est mihi in sa-
lutem.Inebriabuntur ab uberrate do- 35.
mus tuæ: & torrente voluptatis
tuæ potabis eos.Bonum est confidere in Domi-
no, quàm confidere in homine.Quoniam apud te est fons vi-
tæ: & in lumine tuo videbimus
lumen.Bonum est sperare in Domino,
quàm sperare in principibus.9. Sperent in te qui noverunt no-
men tuum, quoniam non dereli-
quisti quærentes te Domine.Quàm magna multitudo dul- 30.
cedinis tuæ Domine, quam ab-
scondisti timentibus te!26. Credo videre bona Domini, in
terra viventium.Adimplebis me lætitia cum 15.
vultu tuo: delectationes in dex-
tera tua usque in finem.Gloria Patri, & Filio, & Spiri-
tui sancto.Satiabor cum apparuerit glo- 16.
ria tua.

Sicut erat in principio, & nunc

PIAN
PRECA-
TIONES.

83.

89.

116.

Melior est dies una in atriis
tuis super millia.

Repleti sumus manè miseri-
cordia tua, & exultavimus, & de-
lectati sumus omnibus diebus
nostris.

Laudate Dominū omnes gen-
tes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super
nos misericordia ejus, & veritas
Domini manet in æternum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiri-
tui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc
& semper, & in sæcula sæculo-
rum. Amen.

*In fine cuiuslibet Psalmi pos-
sunt addi hæc verba:*

Conclu-
sioncula
pro Psal-
mū.

DA Domine vivis veniam &
gratiam, da fidelibus defun-
ctis requiem lucemque sempiter-
nam. Amen.

SUSPIRIA AMOROSA

EX EXERCITIIS

BEATÆ THRUTHÆ

SIVE

GERTRUDIS VIRGINIS.

*Amorose
adpira-
tiones
quibus
sepe in a-
morem
Dei ac-
cendebat
sancta
Christi
sponsa
Gertru-
dis.*

OJesu mi chare! quando cor-
pus meum, te perimente, re-
vertetur in pulverem, & anima
mea refluet in te suam originem?

Quando in te, ô pax mea dul-
cissima, obdormiam, & requie-
scam, ut apertè contempler tuam
ineffabilem gloriam.

Quando plenè aspirabit mihi
mellifluæ divinitatis tuæ fra-
grantia, & exorietur tuæ mani-
festæ visionis dies sempiterna?

O quàm bonum est, dilecte mi,
te clarè videre, te habere, & in æ-
ternum possidere!

Eja, tu mihi concede, ut mise-
ram hanc vitam in tua gratia at-
que amicitia feliciter finiam.

In hora exitus mei benedic a-
nimæ meæ, & mortem meam in-
volve vitali morti tuæ, quæ est
charissimum fœdus, firmissimum-
que pactum recôciliationis meæ.

Tunc mitte ad me fidelem ad-
jutricem Mariam Virginem, Ma-
trem tuam amabilem, & Stellam
maris inclytam; ut conspecta hac
præclara rutilantiq; aurora, co-
gnoscam te Solem justitiæ mihi
jam propinquum esse.

Dictunc animæ meæ: Salus
tua ego sum; ego creator, redem-
ptor & amator tuus, per angustias
mortis quæsi vi, & acquisivi te;
semper mecum eris, noli timere.

Eja, tunc recipe me in beatam
domum æternæ pacis & clarita-
tis tuæ.

Ibi, ô salus mea unica, visu mel-
lifuluæ præsentia tuæ consolae
re me.

Ibi gustu charæ acquisitionis,
qua me redemisti, recrea me.

Ibi in spiramento suaviflui spi-
ritus tui attrahe & imbibere me.

Ibi per osculum perfectæ unio-
nis in perpetuam tui fruitionem
immerge me: ut vivam de te, &
exultem in te, tibi que hostiam

laudis reddam sine fine.

Amen.

VENE-